¶ Enumerat diversitates philosophorum in speciale. Sciendum autem est quod inter illos qui ponebant unum corporum esse principium rerum: nullus dignatus est ponere solam terram: sed alij posuerunt ignem primum principium: alij aerem: alij aquam: terram vero nullus posuit: nisi qui posuit omnia elementa. esse primum principium. et ratio huius est: quia terra propter suam grossitatem magis videbatur esse composita ex principis: quia ipsa esset principium. et ideo circa hanc partem tria facit. primo. n. ponit opiniones illorum quod posuerunt primum principium et animam esse ignem. secundo vero ponit opinionem illorum quod posuerunt primum principium et animam esse aerem. ibi. (Diogenes autem etc.) tertio vero ponit opiniones illorum quod posuerunt aquam esse primum principium et animam. ibi. (Magis autem rudium.)

¶ Circa primum sciendum est quod per hoc quod anima attribuitur motuum et cognoscitivum: visum est quibusdam animam esse illud quod est maxime motuum et cognoscitivum: et quia illud quod est maxime subtile videbatur eis esse maxime motuum et cognoscitivum: ideo dixerunt animam esse ignem: qui est iter corpora magis subtilis et actius. Et licet plures essent huius opinionis et sic opinarentur animam esse ignem: democritus tamen subtilius et rationabilius dixit: hoc enunciatis per quod vtriusque eorum). i. rationem motus et cognitionis magis expressit. volebat. n. sicut dictum est: quod omnia essent composita ex atomis. et licet sibi esse huiusmodi atomi essent principium omnium rerum: nihilominus tamen volebat quod atomi qui sunt figure rotunde essent de natura ignis. et ideo dicebat animas componi ex illis qui sunt figure spice. et hec in quantum sunt prima principia: dicebat habere rationem cognoscitivam: in quantum vero rotunda rationem movendi. et ideo in quantum rotundis: dicebat eam cognoscere et movere omnia. unde ponens illa corpora rotunda de natura ignis: concordabat cum istis quod omnia essent de natura ignis.

Contra cum dicitur.

¶ Anaxa. autem videtur quod alterum dicere et animam intellectum: sicut diximus prius: vtriusque autem vtriusque: sicut vna natura: verum tamen intellectum ponit principium omnium maxime: solum quod dicit ipsum eorum quod sunt simpliciter esse et immixtum et purum. Assignat autem vtriusque eisdem principio cognoscere et movere: dicens intellectum movere omne.

¶ Ponit anax. opinionem quod in hoc concordabat cum precedentibus: quod eisdem anime attribuit rationem cognoscitivam et movendi: hic autem aliqui vident alterum dicere esse animam et intellectum sicut dictum est superius: sed aliqui vtriusque. scilicet anima et intellectu: sicut vna natura. ipse. n. dicebat animas esse motuam et cognoscitivam. vni cum ipse poneret intellectum moventem omnia: et cognoscit pro eodem accipiebat animam et intellectum. sed in hoc differabat ab aliis: quia democritus ponebat animam esse nature corporee: utpote ex materialibus principis composita: anax. vero dicit intellectum esse simplicem: ut excludat diversitatem in essentia. (immixtum:) ut excludat compositionem cum alio: (et purum.) ut excludat additionem ab alio. sed movere et cognoscere assignat eisdem principio. scilicet intellectui. nam intellectus ex natura sua habet quod sit cognoscens: motum autem habet: quia ipse sicut dictum est dicit intellectum omnia movere.

Contra cum dicitur.

¶ Videtur autem Thales ex quibus reminiscimur motuum aliquid animam opinari: siquidem dicit lapidem animam habere quoniam ferrum movet.

¶ Prout opinari taliter democritus superius in asserendo animam esse aliquid motuum. et Thales videtur dicitur talis dicitur. Vnde dicitur lapidem magnetem habere animam compositam movet.

De anima... figura quare ad invicem... riu autem leviter nobilissimas specie dicit. Ius autem esse intellectum et ignem. Enumerat diversitates philosophorum in speciale. Sciendum autem est quod inter illos qui ponebant unum corporum esse principium rerum: nullus dignatus est ponere solam terram: sed alij posuerunt ignem primum principium: alij aerem: alij aquam: terram vero nullus posuit: nisi qui posuit omnia elementa. esse primum principium. et ratio huius est: quia terra propter suam grossitatem magis videbatur esse composita ex principis: quia ipsa esset principium. et ideo circa hanc partem tria facit. primo. n. ponit opiniones illorum quod posuerunt primum principium et animam esse ignem. secundo vero ponit opinionem illorum quod posuerunt primum principium et animam esse aerem. ibi. (Diogenes autem etc.) tertio vero ponit opiniones illorum quod posuerunt aquam esse primum principium et animam. ibi. (Magis autem rudium.) Circa primum sciendum est quod per hoc quod anima attribuitur motuum et cognoscitivum: visum est quibusdam animam esse illud quod est maxime motuum et cognoscitivum: et quia illud quod est maxime subtile videbatur eis esse maxime motuum et cognoscitivum: ideo dixerunt animam esse ignem: qui est iter corpora magis subtilis et actius. Et licet plures essent huius opinionis et sic opinarentur animam esse ignem: democritus tamen subtilius et rationabilius dixit: hoc enunciatis per quod vtriusque eorum). i. rationem motus et cognitionis magis expressit. volebat. n. sicut dictum est: quod omnia essent composita ex atomis. et licet sibi esse huiusmodi atomi essent principium omnium rerum: nihilominus tamen volebat quod atomi qui sunt figure rotunde essent de natura ignis. et ideo dicebat animas componi ex illis qui sunt figure spice. et hec in quantum sunt prima principia: dicebat habere rationem cognoscitivam: in quantum vero rotunda rationem movendi. et ideo in quantum rotundis: dicebat eam cognoscere et movere omnia. unde ponens illa corpora rotunda de natura ignis: concordabat cum istis quod omnia essent de natura ignis. Lec. 3.

Co. 31. Opinio anaxar gore... Anaxa. autem videtur quod alterum dicere et animam intellectum: sicut diximus prius: vtriusque autem vtriusque: sicut vna natura: verum tamen intellectum ponit principium omnium maxime: solum quod dicit ipsum eorum quod sunt simpliciter esse et immixtum et purum. Assignat autem vtriusque eisdem principio cognoscere et movere: dicens intellectum movere omne. Ponit anax. opinionem quod in hoc concordabat cum precedentibus: quod eisdem anime attribuit rationem cognoscitivam et movendi: hic autem aliqui vident alterum dicere esse animam et intellectum sicut dictum est superius: sed aliqui vtriusque. scilicet anima et intellectu: sicut vna natura. ipse. n. dicebat animas esse motuam et cognoscitivam. vni cum ipse poneret intellectum moventem omnia: et cognoscit pro eodem accipiebat animam et intellectum. sed in hoc differabat ab aliis: quia democritus ponebat animam esse nature corporee: utpote ex materialibus principis composita: anax. vero dicit intellectum esse simplicem: ut excludat diversitatem in essentia. (immixtum:) ut excludat compositionem cum alio: (et purum.) ut excludat additionem ab alio. sed movere et cognoscere assignat eisdem principio. scilicet intellectui. nam intellectus ex natura sua habet quod sit cognoscens: motum autem habet: quia ipse sicut dictum est dicit intellectum omnia movere.

Co. 32. opinio thalesis... Videtur autem Thales ex quibus reminiscimur motuum aliquid animam opinari: siquidem dicit lapidem animam habere quoniam ferrum movet. Prout opinari taliter democritus superius in asserendo animam esse aliquid motuum. et Thales videtur dicitur talis dicitur. Vnde dicitur lapidem magnetem habere animam compositam movet.

Primus

De anima

magis autem... quod dicitur... aqua... ignis... terra...

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

Thales autem opinionem cuiusdam philosophi... in hoc solum concordat... esse animam quod habet virtutem motivam...

Opinio diogenis

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

Diogenes autem sicut et alteri quidam aerem hunc opinans... principium: et per hoc cognoscere et movere animam...

Opinio heracliti

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

Heraclitus autem principium esse dicit... vaporem ex quo alia constituit... In motu autem esse que sunt et ille arbitratus est et multi...

Opinio alcione

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

Alcione autem his et Alcione. Alcione opinari visus est de anima dicitur... in hoc quod assimilatur immortalibus...

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

talibus... corporibus celestibus... et ideo dicit eam immortalem...

Magis autem rudium et aqua quod existima verunt... quoniam omnium humida est... et sanguinem dicitur animam...

Alii autem sanguinem: quemadmodum Critias ipsum sentire animam magis propriam opinantes...

Quia vero posset queri: quare in consideratione de anima non facit mentionem de terra sicut de aliis elementis...

Diffiniunt autem omnes animam tribus: ut est dicere motu sensu et incorporeo...

Thales autem... opinio... dicitur... aqua...

Handwritten notes at the top of the page, including 'Anaxagoras' and 'de anima'.

Epilogat & colligit ex his omnibus que dixit suaz intentionem. & primo quantum ad ipsa principia: scilicet cum de re...

Anax. autem solus impassibilem dicit intellectum & nihil communi aliorum habere. Quibus modi autem...

Et quia dixerat quod omnes conveniunt in hoc quod dicunt animam componi ex principijs...

Consequenter etiam cum dicit. Quicumque autem contrarietates faciunt in principijs & animam ex contrariis...

Colligit intentionem suam quantum ad contrarietates que in ipsis principijs sunt...

Handwritten notes at the bottom left of the page.

nam de natura caloris. Alii autem a respiratione. falli que dicebant quod erat de natura frigoris...

Considerandum autem primum quod de motu. Fortassis. n. non solum falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse...

Superius ponit philosophus opiniones aliorum philosophorum de anima. hic primum disputat contra eas...

Dividit autem pars ista in tres partes. primo enim inquit de anima contra opiniones philosophorum...

Handwritten notes at the bottom right of the page.

Handwritten marginal notes on the right side, including 'Co. 36' and 'Co. 37'.

Handwritten marginal notes on the right side, including 'Co. 38' and 'Co. 39'.

principiū hēbat cōe. s. q. oē quod mouet mouet: vñ qz naturale est aīe q. moueret: credebant q. ei sit p. naturale q. moueret: et hoc habere animā ex substantia sua: vñ et ponebant in eius diffinitione motū dicentes aīam eē qd mouens seipsū. Est ergo hic 3 duo disputandū. s. cōtra rationē positionis: et cōtra ipsā positionē: vtrūqz enī est falsū: nam et rō positionis istoz falsa erat: et eoz positio hoc enim qd supponebāt tanqz p se vey. s. q. oē qd mouet mouet falsum est. sicut satis pbatur in octauo phisicorū: vbi ostēditur qd est quoddā mouens immobile: et quātum ad hoc p. tiner breuiter pōt ostēdi q. si aliqd mouet nō oportet q. moueat. cōstat enim q. s. m. qd mouet est in actu s. m. qd mouet est in potentia. et sic idem et s. idē eēt in actu et potētia: quod est inconueniēs. Sed hoc p. termisso disputemus ad positionē eoz: vtrū. s. aīa moueat: dicebāt autē isti duo. s. q. aīa mouet: et q. motus eēt de substantia anime. **A.** aut vtrūqz negat dices q. (foras) hoc dicit q. nondū pbauerat hoc qd dicit: nō solū falsū est q. motus sit de substantia anime s. m. q. dicunt diffinientes ipsāz: dicētes aīam eē qd est seipsū mouēs aut possibile mouere: sed totaliter ipossibile ē ipsi aīe cōuenire q. moueatur: et hoc prius dictū ē scilicet in viij. phisicorū: videlicet q. nō sit necesse oē mouens moueri. In mouente ēt seipsū duo sunt. vnū mouens et aliud motū: et impossibile est q. illud qd ē mouens moueat p se. In aīalibus autē licet nō moueat p se pars mouens: mouet tñ per accidēs. oē enī qd mouet: mouet dupliciter: q. vñ s. se vel s. m. alter: seu p accidēs: s. m. se qñ res ipsa mouet: vt nauis: p accidēs: vel s. m. alter qñ nō mouet ipsam. sed illud in quo ē: sicut naua in nauī mouet: non q. ipse moueat: s. q. nauis mouet vñ h. ē vñ. s. nauis mouet s. m. se: naua vñ s. accidēs. et q. nō mouet naua p se. p. q. qñ aliqz mouet p se: mouet s. ptes suas: sic i ambulatōe p. us ē pedū ambulatio: et h. cū ē naua i nauī nō inest ei. Sic ergo patet q. moueri dicē dupliciter: s. se. et s. m. accidēs. sed isti attribuebant aīe moueri s. m. se: et ideo p. termisso ad p. n. vtrū aīa moueatur per accidēs: intendamus de aīa si mouetur s. m. se: et participat motu sicut isti dicebant. Et q. nō mouetur per se pbatur Aristoteles ser rōnibus. **C.** Circa quas rōnes p. siderādū est: q. 13 rōnes aristotelis parū videātur valere: nihilominus sūt efficaces: quia sunt ad positionē. aliter enim argumentandū est ad eū qui simpliciter intendit veritatē: q. ex veris oportet p. cedere: sed qui arguit ad positioz p. cedit ex datis: et iō frequenter aristoteles: qñ argumentatur ad positiones: videtur q. inducat rōnes parū efficaces: q. p. cedit ex datis ad interimendum positionem.

2 ec.

Quattuor aut motus sunt: scilicet per se, per accidens, per se et per accidens, et per se et per accidens. Quattuor aut motus sunt: scilicet per se, per accidens, per se et per accidens, et per se et per accidens. Quattuor aut motus sunt: scilicet per se, per accidens, per se et per accidens, et per se et per accidens.

hoc dicitur per accidens motus dicitur per accidens

Sic ergo primā rōnem ponit. ibi.
Quattuor aut motus cum sint loci mutationis: alterationis: augmenti et decrementi: aut scdm vnū horū mouebit: aut scdm plures: aut oēs. Si vero mouet nō secundū accidēs: natura inquit motus ipsi. Si autem hoc: et locus. Oēs. n. dicti motus in loco sunt. Si aut est substantia aīe mouere seipsāz: non secundum accidēs moueri ipsi ferit sicut albo et tricubito: mouent. n. et bec: sed secundū accidēs. Cui enim insunt: mouetur illud corpus: vnde non est locus ipsorum: anime autē enī: siquidē natura motu participat.

Que talis est: si aīa mouet: aut mouetur per se: aut p accidēs: si p accidēs: tunc motus non erit de substantia aīe quod est cōtra eos: sed mouet sicut album et tricubitum: que mouentur s. m. accidēs: et ideo non exigitur ad hoc locus ipsis. Si vero mouetur per se: ergo mouetur aliqua specie motus. spēs autē motus sūt quattuor. s. s. m. locum augmenti: et decrementi: et alterationis: gene-

ratio enim et corruptio nō sunt pprie motus sed mutationes: quia motus sunt successiu: s. generatio et corruptio sunt mutationes instantaneę: ergo aīa mouebit aliqua specie istoz motū: vel s. m. locum vel s. m. augmentum. vel s. m. decrementū: vel s. m. alterationē. **S.** ergo mouet aliquo istoz motū: et oēs hi motus sunt i loco. ergo anima erit in loco. **C.** In hac aut rōne videntur eē duo dubia: vnū de hoc qd dicit q. oēs dicti motus sunt i loco qd quidē de locali et de motu augmenti et decrementi manifestū est: sed de alteratione videt difficile. qd quidem sic intelligitur ab aliquibus: q. enī omne qd alteratur est corpus: et corpus est in loco: ideo alteratio dicit fieri in loco. Sed hoc nō saluat literā **A.** q. **A.** dicit q. h. m. dī motus sunt in loco. et nō sunt s. m. locū. **C.** Et ideo dicit dū q. sine dubio alteratio est in loco. aliud enim est motus in loco: et aliud motū eē s. m. locū: alteratio nō est s. m. locū s. in loco: nam in alteratione oēs q. sit appropinquatio alterātis ad alteratum. et sine hoc nihil alteratur: vñ de cum appropinquatio fiat p motum locale: oportet q. sit ibi motus localis vt cā. **C.** Secundū dubiū ē: q. s. m. istos nō erit inconueniens si aīa eēt in loco: cū poneret eaz moueri per se: et iō nō videtur valere sua ratio. **C.** Ad hoc aut pōt rīderi dupliciter: vno mō q. istud inconueniens deducitur per sequentes rationes. Alio mō q. p. hoc est inconueniens: q. si aīa esset in loco oportet q. assignaret sibi locus pprius in corpore separatus: et sic non esset forma totius corporis.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Amplius aut si natura mouet: et violentia mouebitur: et si violentia: et natura. Eodē aut modo se h. de quiete. In quod enim mouetur natura et quiescit in hoc natura: in quod autem violentia: et quiescit violentia. Quales aut violenti motus anime erūt et quietes: ne qz fingere volentibus facile est reddere.

Que talis ē. Si aīa mouet per se s. m. locū mouetur naturaliter: eē aut qd mouet nāliter mouet violenter: sed si mouet nāliter: quiescit nāliter: et si quiescit nāliter quiescit violenter: ergo aīa mouet violenter: et quiescit violenter: sed hoc est impossibile. s. q. moueatur violenter: et quiescat violenter. q. motus aīe et quies sunt voluntarii. In hac aut rōne videt dubiū eē. s. q. id qd mouetur nāliter moueat violenter: nā celū mouet nāliter: nō tñ violenter. Ad hoc dicendū ē: q. illa ppositio. s. v. ritatē falsa ē: sed s. m. positionē vera: q. isti nullū corpus ponebant naturaliter motū: nisi quattuor elemēta: in quibus videmus motus et quies nāliter et violenter fieri: et s. m. hoc procedit ratio.

Tertiam rationem ponit cū dicit.

Amplius si quidē sursum mouebit: ignis erit: si vero deorsum: terra: Horum. n. corporum motus ii. Eadem autē rō et de mediis. Que talis ē: illi dicūt q. aīa mouet: et ex h. mouet corpus. et hūc motū dicūt hēre ab aliquo elemēto: aut erit go seqt motū ignis aut terre: aut alioz elemētoz. Si ergo p. cipat motū ignis: mouebit solū sursum. si terre: deorsum: sed hoc ē falsū: q. aīa mouet ad oēs ptes. et h. rō p. cedit ex suppositioe. **C. Quartā rōnem ponit cū dicit.**

Quoniam autem videtur mouere corpus: rationabile est his mouere motibus. quibus et ipsa mouetur. Si autem hoc et conuertētibz dicere verum: q. scdm q. corpus mouetur: hoc et ipsa. Corpus autem mouetur scdm loci mutationem: quare et anima mouebitur secundum corpus aut tota aut secūm

dum partes translata. Si autem hoc contingit et exeunte iterum ingredi. Ad hoc autem sequetur resurgere mortua animalium.

Quae talis est: vos dicitis animam ex hoc moveri: quod movet corpus: ergo rationabile est dicere: quia illis motibus movet corpus quibus ipsa movetur: et e converso. verum erit dicere quod illis motibus movetur: quibus movet corpus. Sed corpus movetur secundum loci mutationem. ergo anima movetur secundum locum. Sed si moveri animam secundum locum est mutare corpus: continget ipsam animam exeuntem iterum reintrare corpus: et quod animam ingredi corpus: est vivificare corpus: sequitur ad hoc mortua de numero animalium: secundum naturam resurgere: quod est impossibile. Contra hanc rationem aliqui obiciunt dicentes: quod hoc. scilicet quod anima moveatur eisdem motibus quibus movetur: non est verum: quia anima non movetur nisi secundum appetitum et voluntatem. movet autem corpus alijs motibus. Ad quod dicendum quod appetere et velle et habere non sunt motus anime: sed operationes: motus autem et operatio differunt: quia motus est actus imperfectus: operatio vero est actus perfectus. Nihilominus tamen vera est illa propositio secundum positionem quia illi dicebant animam non aliter mobilem nisi secundum quod movet corpus. Sed nunc sequitur illud inconueniens quod resurgant corpora animalium: si anima movetur secundum locum: dicendum quod quidam dixerunt quod anima est comixta toti corpori: et unita secundum quadam proportionem: et quod non separatur nisi solvatur illa proportio: unde quantum ad istos non sequitur: sed quantum ad illos quod dicunt animam esse in corpore ut in loco seu in vase et intrare et ingredi aliquando: sequitur illud inconueniens Aristoteles.

Quintam rationem ponit cum dicit.

Motum autem secundum accidens: si ab altero moveatur. Depelletur enim utique violentia animal. Non oportet autem cui a seipso moveri inest in substantia hoc ab alio moveri: nisi secundum accidens: sicut neque quod secundum se bonum aut propter seipsum: hoc quidem propter aliud esse: hoc autem alteri causa. Animam autem maxime dicit aliquis utique a sensibilibus moveri siquidem movetur.

Quae talis est constat quod illud quod secundum se inest alicui rei non est necesse quod insit ei secundum aliud: nisi forte per accidens. si ergo inest anime quod moveatur secundum se et secundum naturam suam necessarium est quod anima sit mobilis secundum se. ergo non indiget quod moveatur per aliud: et ab alio: sed nos videmus quod movetur a sensibilibus in sentiendo: et ab appetibilibus in appetendo: non ergo anima per se movetur. Ad hoc obiciunt platonici dicentes quod anima non movetur a sensibilibus: sed occurrunt motui anime: in quantum anima discurrit per ea. Sed hoc est falsum: quia sicut Aristoteles probat intellectus possibilis reducitur per ipsa: sed per species rerum sensibilium in actu: et ideo oportet quod moveatur ab eis hoc modo.

Sextam rationem ponit cum dicit.

At vero si movet ipsa seipsam: et ipsa movetur utique. Quare si omnis motus ex distantia est ab eo quod movetur: secundum quod movetur et anima extabit utique a substantia ipsius secundum seipsam: nisi secundum accidens seipsam moveat: sed est motus substantie ipsius per se.

Quae talis est. Si anima movet seipsam: constat quod ipsa movetur secundum suam substantiam: sed oportet quod movetur distat vel exit ab eo a quo et secundum quod movetur: sicut si aliquid movetur a quantitate exit et distat ab ipsa quantitate a quo movetur. Si ergo anima movetur a substantia sua: et a seipsa: sicut illi dicunt: distabit et exibat a substantia sua: et sic motus erit sibi

causa corruptionis: quod est contrarium illis qui dicebant animam propter motum ipsam assimilari divinis: et immortalis esse: ut superius patet. Et hoc ratio procedit quantum ad eos. quia non distinguebant inter operationem et motum: operatio enim non facit distare sed perficit operantem: sed in motu oportet quod sit exitus. Lectio septima.

Quidam autem et movere animam dicunt corpus inquit esse sicut ipsa movetur: ut democritus similiter dicens philippo comediarum didascolo. refert enim dedalum mobilem fecisse ligneam minervam effundens argentum fusile. Similiter autem et democritus dicit: motas enim inquit indivisibiles speras: propter id quod apte nate sunt nusquam manere: contrahereque et movere corpus omne.

Prima posuit philosophus rationes in contra eos qui posuerunt animam secundum se moveri: hic vero ponit rationes in speciali contra quosdam qui aliquid spiritualis difficultatis videtur dixisse circa opinionem eorum de motu anime.

Et circa hoc tria facit. primo enim ponit rationes ad opinionem democriti: secundo vero ad opinionem platonis. ibi. (Eodem autem modo et c.) tertio vero ad quandam aliam opinionem. ibi. (Alia autem quaedam opinio et c.) Circa primum duo facit. primo enim ponit opinionem democriti de motu anime: et exponit eam. secundo vero obicit in contrarium. ibi. (Nos autem interrogabimus). Circa primum sciendum est quod in praecedentibus ponit in una ratione. scilicet in quarta Aristoteles contra illos qui ponunt animam moveri secundum se: et ex hoc movet corpus: quod si anima movet corpus: necesse est quod illis motibus moveatur: quibus ipsa movetur. et hoc concedebat quidam qui dicunt animam movere corpus in quo esse sicut ipsa movetur. id est illis motibus movere: quibus ipsa movetur. Et hic fuit democritus et inducebat ad hoc similitudinem: quia erat quidam magister comediarum nomine philippus: hoc enim recitavit in libris suis: quod quidam nomine dedalus fecit statuam ligneam dee minerve: et haec statua erat mobilis ex eo quod erat intus argentum fusile id est vitium: et movebatur motu ipsius argenti vitii. Simile ergo huic dicit democritus in opinione sua de motu anime: dicit enim quod anima est composita ex indivisibilibus speris: ut superius patet: et quod huiusmodi indivisibiles sperae. id est atomi figure rotunde: contingunt moveri: ex eo quod nunquam quiescunt: contrahunt et movent totum corpus secundum quod ipse moventur.

Deinde cum dicit.

Nos autem interrogabimus: si et quiescere facit hoc idem: quomodo autem faciet: difficile autem et impossibile dicere.

Obicit aristoteles contra hanc opinionem democriti: duabus rationibus. Prima ratio talis est. Constat quod anima non solum est causa motus in animali: sed quietis. Sed secundum opinionem democriti: anima non est causa quietis: licet sit causa motus in animali: quod difficile aut impossibile est dicere: quod illa corpora spherica indivisibilia quiescant cum nunquam immota permanant: ut dictum est.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Omni no autem non sic videtur anima movere animal: sed per voluntatem quandam et intellectum.

Quae talis est: Constat quod motus quem argentum vitium causat in statua non est motus voluntarius: sed violentus. Sed motus anime non est violentus: sed voluntarius. quia movet per voluntatem et intellectum: et ideo nulla ut videtur est positio democriti.

Deinde cum dicit.

2 ec. 5.

20.44

2 ec. 3.

Co. 45.

Edem autem modo et Timens eodem modo physiologizat animam mouere corpus. In eo enim quod est moueri ipsam et corpus mouet: propter id quod complexa est ad ipsum.

Ponit opinionem platonis. et circa hoc duo facit. primo ponit opinionem platonis. secundo reprobat eam. ibi. (primum igitur etc.) Circa primum duo facit. primo ostendit similitudinem opinionis platonice ad opinionem democriti. secundo explicat opinionem platonis de anima. ibi. (Locus sitam ante ex elementis etc.) Dicit ergo primo: quod sicut Democritus posuit corpus moueri ab anima: inquam anima coniuncta ipsi mouetur: ita et timens qui intro ducitur a platone loquens assignat naturam qualiter anima mouet corpus: dicit enim quod anima mouet corpus in quantum ipsa mouetur: propter hoc quod anima coniuncta est corpori per modum cuiusdam colligationis.

Deinde cum dicit.

Constitutam autem ex elementis et disparitam secundum harmonicos numeros quatenus cum naturali sensum harmonie habeat: et ut omne feratur secundum consonantes motus.

Explicat opinionem platonis: et primo exprimit constitutionem substantie ipsius: secundo exponit quomodo ex ea procedit motus. ibi. (Aspectum rectum in circulum reflexit.) Circa primum sciendum est quod plato hec verba que hic ponuntur in thimo prosequitur loquens de anima mundi: quam imitantur secundum ipsius inferiores anime. et ideo per hoc quod hic tangit de natura anime mundi: tangitur quodammodo natura omnis anime. **S**ciendum est igitur: quod sicut supra dictum est: plato posuit substantias omnium rerum esse numerum: ratione superius dicta: elementa autem numeri ponebat unum. quod formale: et duo quod materiale: ex uno enim et duobus omnes numeri constituentur: et quia impar numerus quodammodo retinet aliquid de indiuisione unitatis: posuit duo elementa numeri par et impar: et impari attribuit identitatem et finitatem: pari autem attribuit alteritatem et infinitatem. Cuius signum tangitur in tertio philosophi. quia si supra unitatem impares numeri per ordinem addantur: semper producit eadem figura numeralis: puta si supra unum addantur tria: qui est primus impar: consurgunt quattuor: qui est numerus quadratus quibus rursus si addatur secundus impar: scilicet quinquarius consurgit nouenarius: qui item est numerus quadratus: et sic semper in infinitum. Sed in numeris paribus semper surgit alia et alia figura: si enim unitati addatur binarius qui est primus par consurgit ternarius. qui est numerus triangularis quibus si rursus addatur quaternarius qui est secundus par: consurgit septenarius qui est septangule figure: et sic in infinitum. **S**ic ergo plato ponebat idem et diuersum esse elementa omnium rerum: quorum unum attribuerat numero impari: aliud vero numero pari. Quia vero substantiam anime ponebat media inter substantias superiores: que semper eodem modo se habent: et substantias corporeas in quibus alteritas et motus inuenitur: posuit animam constare ex his elementis. scilicet ex eodem et diuerso: et ex numeris paribus et imparibus: medium enim debet esse affine utriusque extremorum. et ideo dicit quod posuit eam constitutam ex elementis. **I**tem sciendum est: quod in numeris sunt diuersae proportionales et infinite: quarum aliquae sunt harmonice: id est consonantiarum causa. nam dupla proportio est causa consonantie que dicitur diapason: sexquialtera proportio causat consonantiam que dicitur diatessaron: sexquioctana proportio causat tonum: et alie consonantie: quibusdam aliis proportionibus causantur: puta ea que est composita ex diapason: et diapente causatur ex tripla. ea que subdiapason causatur ex quadrupla: quam quidem pythagoras depre-

bendit: ut boetius refert in musica: ex percussione quattuor: malleorum qui consonantes sonos reddebant secundum predictas proportionales: puta si unus martellus ponderaretur. xij. uncias. alius. ix. alius. viij. alius. vi. ille qui esset. xij. haberet duplam proportionem ad eum qui. vi. et redderetur cum eo consonantiam diapason. Ille autem qui est. xij. ad eum qui. viij. sub sexquialtera proportione: et consonat secundum diapente: et similiter qui. ix. ad eum qui. vi. Item qui. xij. ad eum qui. ix. est in sex quod tertia proportione: et consonat eum eo diatessaron. et similiter qui. viij. ad eum qui. vi. Qui autem. ix. ad eum qui. viij. cum sit sexquioctana proportione consonat secundum tonum. Licet autem plato posuerit res omnes ex numeris constitui: non tamen ex numeris habentibus proportionales harmonicas: sed animam posuit esse constitutam secundum numeros habentes harmonicas proportionales. et ideo dicit quod posuit eam (dispartitam). id est quod dispensatam (secundum harmonicos numeros). id est secundum numeros proportionatos ad inuicem secundum musicam proportionem: posuit enim ex his numeris animam constitutam (ex uno: duobus: tribus: quattuor. viij. ix. xvij. in quibus huiusmodi proportionales inueniuntur. Duplici autem ex causa animam posuit constitutam ex numeris harmonicis: una ex qua unumquodque delectatur in eo quod est sibi simile et connaturale. videmus autem quod anima delectatur in omnibus armonizatis et offenditur ex his que sunt propter debitam harmoniam: tam in sonis quam in coloribus: quod etiam in quibuscunque sensibilibus: unde videtur harmonia de natura anime esse. Et hoc est quod dicit (Anima habet sensum) id est cognitionem (connaturalem harmonie.) Alia ratio est: quia pythagorici et platonici posuerunt ex motibus celestium prouenire sonos optime armonizatos: et quia motus celestes ponebant esse ab anima mundi: posuerunt animam esse ex numeris harmonicis. ut posset causare motus armonizatos et hoc est quod dicit (et ut omne) id est uniuersum (feratur secundum consonantes motus.)

Deinde cum dicit.

Aspectum rectum in circulum reflexit: et diuidens ex uno in duos circulos dupliciter coordinatos iterum unum diuisit in septem circulos tanquam essent celi motus anime motus.

Docet quomodo ex anima procedat motus celestis. ubi considerandum est quod omnes numeri secundum naturalem ordinem accepti linealiter dispositi sunt secundum rectitudinem: prout unus addit super alterum. Sed ex naturali serie numerorum potest aliquis accipere plures series: puta si accipiat homo quasi in una rectitudine totam series duplorum: et in alia tota serie triplozum: et in alia totam series quadruplozum: et sic de aliis: quia igitur homo sua cognitione potest circa numeros operari: hoc et deus facit constituitendo substantias rerum ex numeris. unde in constituitendo substantiam anime ex numeris supradictis quod omnes naturali ordine sunt in una rectitudine: quasi duas lineas diuisit unam duplozum: et alteram triplozum: he enim proportionales omnes harmonicas continent. Nam dupla proportio diuidit in sexquialteram et sexquiterciam. Et tripla in duplam et sexquialteram. **I**gitur in predictis numeris accipitur series duplozum usque ad numerum cubicum ut puta unum: duo: quattuor: octo. et alia series triplozum eodem modo: ut puta unum: tria. ix. xvij. que quod deus due series in unitate coniungunt: ac si essent due linee recte angulorum continentes rursus si unitati coniungantur que sunt in linea triplozum resultabunt numeri qui sunt in linea duplozum. puta si unitati addatur ternarius fient quattuor: et econuerso. si unitati addatur binarius fient tria. Et sic constituentur quasi due linee sese inuicem interfecantes secundum modum littere grece que vocatur. x. Si autem procedat ulterius reddibitur ad eosdem numeros. nam a quattuor proceditur ad octo: et a tribus reddibitur ad xvij. et sic utrobique procedet. quod quidem circuitus. **S**ciendum

nam autem est qd plato ea que inueniebantur in natura magis composita: dicebat puenire ex pprietate nature magis simplicis: sicut consonantias sonorum ex pportionibus numerorum. Substantiam autem anime ponebat medias inter numeros qui sunt maxie abstracti: et inter substantia sensibilem: et ideo pprietates anime deducebat ex pprietatibus predictis numerorum. Nam in anima est considerare primo aspectum rectum secundum qd aspicit dire / etc ad suum obiectum: et postea reditur in circulum: in qtu intellectus reflectit se supra seipsum. Inuenitur etiam in anima intellectiva quasi circulus parium et imparium: in qtu cognoscit ea que sunt eiusdem et que sunt diuerse nature: et hoc ulterius protendit vsq ad substantia sensibilem celi qua anima mouet. Nam in celo considerat duplex motus circularis: vnus simplex et vniformis: secundum quem celum mouet: seu reuoluitur motu diurno ab oriente in occidentem: qui quidem sit secundum circulum equinoctiale. Alius aut motus est planetarum qui est ab occidere in orientem secundum circulum zodiacum: qui intersectat equinoctialem in duobus solstitialibus punctis. s. in principio canceri et capricorni. Et quia motus primus est vniformis: ideo non diuidit in plures motus: et assimilatur circulo imparium. et propter hoc etiam primus circulus maior est: nam impares numeri superius positi maiores sunt. Secundus autem motus facit multam diuersitatem: et ideo videtur pertinere ad circulum parium: et diuiditur in. vii. circulos secundum sex intersticia duorum et triplorum numerorum: vt dicitur in thimeo. vbi enim sunt sex diuisiones necesse est esse septem diuisa: vnde et isti circuli minores sunt: et continentur a supremo circulo qui est imparium. Sic ergo legenda est littera (vt omne) .i. vniformis (ferat secundum consonantes motus) .i. vt ex harmonia anime derinent motus celestes harmonizati (aspectum rectum deus reflexit in circulum) eo modo quo est expositum et secundum proprietatem numeri et secundum proprietatem anime: (et diuidens ex vno) pp vniam naturalem serie numeri et vna vim intellectiuam anime (in duos circulos) .i. parium et imparium qtu ad numeros: intelligentia mobilium et immobilium qtu ad anima: motu secundum equinoctialem et zodiacum qtu ad celi. addit autem (dupliciter coordinatos) quia duo circuli se intersectantes tangunt se in duobus punctis. (Item vnus) .i. inferior (diuidit in. vii. circulos) quasi planetarum (tangens celi motus essent anime motus) id est ac si celum moueret per motum anime.

lectio octaua.

Primum quidem igitur non bene dicitur animam magnitudinem esse eam. n. que ois tale esse vult: qualis est aliquando vocatus intellectus. Non. n. velut sensitiva est nisi vt desideratiua. Nam. n. motus non circulatio est intellectus aut vnus et continuus: sicut et intelligentia: intelligentia aut vt intellectualia: hec autem eo qd consequentur vnum sicut numerus: sed non sicut magnitudo: pp qd quidem neq intellectus sit continuus: s; non sicut aut imprtibilis aut non sicut magnitudo aliqua continuus est.

Nota opinioe platonis: hic dicitur reprobat ea. Vbi notandum est qd dicitur. plerumq qn reprobat opinioes platonis: non reprobatur eas qtu ad intentione platonis: sed qtu ad sonu verborum eius. quo ideo facit: quia plato habuit malis modis docendi. omnia enim figurate dicit: et per simbola docet: intendens aliud p verba: q sonent ipa vba sicut qd dixit animam esse circulum: et ideo ne aliqs pp ipa vba incidat in errore: dicitur disputat qd est qtu ad id qd vba eius sonat. Nonit aut dicitur rationes decem ad destruere

ad supraposita opinionem: qtu qda sunt qd est et qda q vba eius. Nam. n. plato voluit qd secundum veritate intellectus esset magnitudo qtitativa seu circulus et motus circularis: s; metaphorice hoc attribuit intellectui. nihilominus tamen dicitur ne aliquis ex hoc erret: disputat qd est secundum vba sonant. Primo ergo dicitur. circa primam rationem manifestat de qua anima plato intellexit. s. de anima vniversi. (et hac) .i. anima (que est omnis) .i. vniversi vult esse intellectiva tamen. non .n. est vegetabilis. q; non indiget nutrimento: nec est sensibilis quia caret organo: nec est desideratiua. quia desideratiua psequit sensitiva. Et dixit ideo animam vniversi non esse sensibilem neq desideratiua: quia ipse voluit qd motus anime vniversi esset circularis. Unde cum motus huius. s. sensibilis et desideratiue non sit circularis: non enim sensus reflectitur super seipsum: intellectus vero reflectit supra seipsum: homo enim intellegit se intelligere: ideo dicit illam animam intellectiva tantum esse: et ideo dicit intellectum esse magnitudinem quandam et circulum. Et hoc dicitur reprobat dicens: qd plato non bene dixit animam esse magnitudinem. Et q locutus est de ea sicut de magnitudine circulari: diuidens eam in duos circulos male fecit. Et q male fecerit ostendit in natura enim alie hoc est: vt iudicium de aliqua potentia anime sumat ex actu seu operatione ipsius potentie: iudicium vero operationis ex obiecto: potentie enim cognoscunt p actus: actus vero p obiecta: et inde est qd in diffinitione potentie ponit eius actus: et in diffinitione actus ponitur obiectum. Constat aut qd res ab eo a quo habet esse et spem: ab eo et habet vnitatem. Si ergo intellectus sit et sortiat specie ab intelligibili: cum sit eius obiectum: dico intellectum in actu: cum nihil sit: ante intelligere: manifestum est qd si sit vnus et continuus sicut plato posuit: qd eodem modo intellectus erit vnus et continuus quo intelligibilia sunt vnum et continuum: intellectus enim non est vnus nisi sicut intelligentia: id est operatio eius que est intelligere: nec actus est vnus nisi sicut obiectum eius est vnus. quia actus distinguuntur penes obiecta. vnde cum obiectum intellectus sint intelligibilia: hec autem scilicet intelligibilia non sunt numeri vt magnitudo seu continuum: sed sicut numerus: eo qd consequenter se habeat: manifestum est qd intellectus non est magnitudo: sic plato dicebat. Sed aut est impartibilis sicut se habet ratio primorum terminorum: aut non est continuus sicut aliqua magnitudo: sed sicut numerus in qtu vnus post aliud intelligimus: et sepe plures terminantur in vnus: sicut in syllogismis terminantur propositiones in conclusionem.

Secundam rationem ponit ibi.

Qualiter autem intelliget magnitudo: cum sit qualibet primum ipsius: parte autem aut secundum magnitudinem: aut secundum punctum si oportet et hoc partem dicere. Si quidem igitur secundum punctum hec autem infinita: manifestum est quoniam nequaquam pertransibit. Si vero secundum magnitudinem: multoties et infinities intelliget idem: videtur autem et sepe mel contingere. Si autem sufficiens qualibet partium tangere: quod oportet circulo moueri: aut et omnino magnitudinem habere. Si autem ne cessarium intelligere toto circulo tangentem: quis est partibus tactus.

Que talis est. Possent aliquis dicere qd plato non posuit magnitudinem in intellectu propter multa intelligibilia: sed oportet qd sit in intellectu magnitudo etiam propter vnumquodq intelligibile. contra. hoc non potest esse: plato enim ponit et opinatus est qd intelligere non fiat p acceptionem specierum in intellectu: sed qd intellectus intelligat per quendam contactum: in qtu. s. occurrit et obuiat speciebus intelligibilibus: et istum contactum attribuit circulo: sicut supra dictum est. Quero ergo a

Co. 48.

Lec. 7.

te si intellectus est magnitudo: et intelligit secundum contactum: qualiter intelligat: aut enim hoc quod intelligit tangit secundum totum: aut secundum partem eius: si secundum totum contingens intelligit totum: tunc partes non erunt necessarie: sed erunt frustra: et sic non est necesse quod sit intellectus magnitudo et circulus. Si vero secundum partes contingens intelligit partes: aut hoc erit secundum plures partes. aut secundum unam tantum. si secundum unam tantum. sic idem quod prius: quia alie erunt superflue: et sic non erit necessarium ponere intellectum habere partes. Si vero contingens secundum omnes partes intelliget. Aut hoc erit secundum partes punctales: aut secundum partes quantitativas: si secundum partes punctales: tunc cum in qualibet magnitudine sunt infinita puncta: oportet quod in finitibus tangat antequam intelligat: et sic nunquam intelliget cum non sit infinita transire. Dicit autem (partes punctales) non quod velit magnitudinem in partes punctales dividere: sed disputat ad rationem platonis: qui fuit huius opinionis quod corpus componeret ex superficiebus: et superficies ex lineis: et linea ex punctis: quod ipse improbat in libro primo. ubi ostendit quod punctum additum puncto nihil addit. Si vero intelligit contingens secundum partes quantitativas: tunc cum que libet pars dividat quod in multas partes sequitur quod multotiens intelligat idem. Item cum omnis quantitas sit divisibilis in infinitum secundum eandem proportionem: et non secundum eandem quantitatem sequitur quod infinites intelligat: quod est inconvenientis. videtur ergo quod non contingat nisi semel: et sic nullo modo debet attribui intellectui magnitudo: neque quantum ad multa intelligibilia: neque quantum ad unum. Et notandum quod hic aristoteles occulte ostendit quod intellectus de natura sua non est partibilis: sed quid impartibile. Intelligibile enim in unaquaque re est quidditas: et natura rei est tota in quolibet parte: sicut natura speciei est tota in quolibet individuo: tota enim natura hominis est in quolibet individuo: et hoc est indivisibile: unde illud quod est intelligibile in quolibet re est indivisibile: et per consequens intellectus.

Tertiam rationem ponit cum dicit.

Amplius quomodo intelliget partibile impari-
bili: aut impartibile partibili.

Que talis est. Constat quod si nos ponimus intellectum impartibile de facili. patebit ratio: quomodo intelligat impartibile et partibile: quia impartibile intelligit secundum proprietatem sue nature: eo quod impartibilis est: ut dictum est: partibile vero intelligit abstrahendo a partibili. Sed si intellectus ponatur partibilis secundum quod plato vult: impossibile erit inuenire rationem quomodo intelliget impartibile. Et sic videtur quod inconvenienter plato ponat intellectum esse magnitudinem seu partibilem.

Quartam rationem ponit cum dicit.

Necessarium autem esse circulum intellectu hunc intellectus quidem. n. motus intelligentia: circuli autem circulatio si est intelligentia: circulatio: et intellectus utriusque erit circulus: cum huiusmodi circulatio sit intelligentia: semper autem aliquid intelligit: si quidem perpetua sit circulatio. Praticarum quidem enim intelligentiarum termini sunt: omnes enim alterius causa sunt. Speculatiue autem rationibus terminantur similiter. Ratio autem omnis diffinitio est aut demonstratio. Demonstrationes vero et a principio sunt: et habet quodammodo finem fillogisimum aut conclusionem: si autem non concludantur: sed non reflectuntur iterum in principium accipientes semper medium et ultimum recte procedunt sed circulatio iterum

in principium reflectit. Diffinitiones autem omnes finite sunt.

Que talis est. Tu dicis intellectum esse circulum et dicis intellectum moveri. sed motus circuli est circulatio: motus vero intellectus est intelligentia: hoc est intelligere: ergo si intellectus est circulus: de necessitate intelligentia erit circulatio: sed hoc est falsum: quia cum in circulatione non sit inuenire actu principium neque finem: ut probatur in viij. phi. sequitur etiam quod intelligentia seu operatio ipsius intellectus que est intelligere nunquam terminatur sed hoc est falsum. quia intelligentia habet actu et principium et finem: ergo intelligentia et circulatio non sunt idem. et per consequens: nec intellectus est circulus. quod autem intelligentia habeat principium et finem actu probatur: quia omnis intelligentia aut est practica aut speculativa: sed constat quod practicarum intelligentiarum termini sunt. i. fines. Nam omnes sunt alterius causa: scilicet operis: et ad opus terminantur. Speculatiue etiam intelligentie fines habent: scilicet rationes: omnes enim terminantur ad aliquas rationes: que quidem rationes: aut sunt (diffinitio) scilicet in simplici intelligentia: aut (demonstratio) scilicet cum componit et dividit: sed demonstrationes prime ex principiis certis sunt et habent quodammodo finem fillogisimum aut conclusionem. Et si dicat quod ex una conclusione sequitur alia: et sic non terminatur: nihilominus tamen potest dici quod conclusiones non sunt circulares: quia non est circulo demonstrare: ut probatur in primo posteriorum: sed tendunt in rectum et impossibile est in rectum inuenire motum infinitum seu processum. Diffinitiones ergo habent principium et finem: quia non est ascendere in infinitum in generibus: sed accipitur. quod primum genus generalissimum nec etiam descendere in infinitum in speciebus sed est stare in specie specialissima. Unde genus generalissimum est principium: species vero specialissima sicut terminus seu finis in diffinitionibus. Et sic patet quod omnis intelligentia principium habet et finem actu.

Quintam rationem ponit cum dicit.

Amplius autem si eadem circulatio multotiens est: oportebit multotiens intelligere idem.

Que pendet quodammodo ex precedenti: et est. quod quoddam membrum eius. Supra enim probatum est quod si intellectus est circulus sicut plato posuit intelligentia erit circulatio: et probavit superiori ratione quod intelligentia non est circulatio: et hoc idem probat hic tali ratione. Videmus quod hec differentia est inter circulationem et alios motus: quia impossibile est in alijs motibus unum et eundem motum reiterari super eandem quantitatem multotiens: Et hoc apparet deducendo per singulas species motus. In alteratione enim impossibile est eundem motum super idem reiterari non enim idem secundum idem de albo fit nigrum et de nigro album. In motu etiam augmenti impossibile est unum et idem secundum idem augmentari et diminui. In motu etiam locali impossibile est eundem motum secundum idem reiterari: quia in motu locali secundum rectum semper sunt duo termini scilicet actu. Unde si reiteraretur oporteret termino ad quem venire: quia ut fine et principio: et de necessitate interueniret ibi quies: et sic non esset idem motus numero. In circulatione vero solum hoc contingit quod unus et idem motus secundum eandem quantitatem multotiens reiteretur: cuius ratio est: quia in circulatione non sunt aliqui termini actu: et ideo quantumcumque reiteretur non interuenit quies: nec variatur motus. Ex hoc ergo sic arguit. Tu dicis quod intellectus est circulus: ergo et intelligentia circulatio est: sed hoc est inconveniens scilicet quod intelligentia sit circulatio: ergo et primum. Quod sit inconveniens sic ostendit. constat quod eadem circulatio secundum unum et idem multotiens est id est reiteratur. ergo si intelligentia est circulatio si

aut tu dices intelligentia multotiens secundum unum et eandem motum et super idem multotiens reiterabitur et sic multotiens intelliget idem: intellectus enim mouendo se tangit et tagendo intelligit: sicut ipsi dicunt et circulariter multotiens tangit idem: et sic multotiens intelliget idem quod est inconueniens.

¶ Sextam rationem ponit cum dicit.

Adbuc autem intelligentia assimilatur cuidam statui et quieti magis quam motui: eodem autem modo et syllogismus.

1166

¶ Que talis est. Si intelligentia circulariter est ut tu dices debet assimilari motui: sed nos videmus totum contrarium: quia intelligentia magis assimilatur quieti quam motui: ergo intelligentia non est circulariter. Quod autem magis assimilatur quieti quam motui. patet: quia sicut ipse dicit in. vii. phy. non potest fieri aliquis sapiens quando motus eius non resident nec quiescunt. Unde in pueris et in omnibus in quibus motus non quiescunt non de facili inuenitur sapientia. Sed tunc aliquis sapientiaz acquirat quando quiescit. unde dicitur quod in quiescendo et sedendo anima sapiens fit et prudens. Sed quia posset dici quod hoc verum est de simplici intelligentia: sed non de syllogismo: ideo Ar. dicit quod eodem modo et syllogismus assimilatur magis quieti quam motui: et hoc patet: ante enim quam sit syllogizatum de aliqua re intellectus et mens hominis fluctuat ad unam et ad aliam partem et non quiescit in aliqua. Sed quando iam est syllogizatum determinate inberet uni parti et quiescit in illa.

¶ Septimam rationem ponit cum dicit.

1149

At vero neque beatum quod non facile sed violentum. Si autem est motus ipsius non substantia: extra naturam utique mouebitur.

¶ Que talis est. constat quod beatitudo anime est in intelligendo: sed beatitudo non potest esse in eo quod est violentum et preter naturam: cum sit perfectio et finis ultimus anime. ergo cum motus non sit secundum naturam et secundum substantiam anime: sed preter naturam eius impossibile est quod intelligere quod est operatio anime et in quo est beatitudo anime sit motus. ut plato dicebat. Quod autem motus sit preter naturam anime patet ex positione platonis: ipse enim dixit animam componi ex numeris: et postea dixit eam dispartitam in duos circulos et hos reflexit in. vii. et ex hoc sequitur motus: ex quo apparet quod motus non inest ei naturaliter sed per accidens.

¶ Octauam rationem ponit cum dicit.

Laboriosum autem est commisceri animam corpori nec possibile absolui. Et ad huc fugiendum siquidem melius est intellectui non cum corpore esse: quemadmodum et consuetus est dici: et multis videtur.

Offendit quoque color pueniat ad visum. Et circa hoc. d. f. primo ostendit quod est necessarium ad hoc quod visus moueat a colore. secundo ostendit aliquid simile quod est necessarium in aliis sensibilibus. ibi. (eadem autem ratio.) Circa. p. d. f. primo determinat veritatem. secundo excludit errorem. ibi. (non. n. huiusmodi.) Dicit ergo primo quod per supradicta iam manifestum sit quod illud quod videtur in lumine est color: et quod sine lumine videri non potest: quod videtur dicitur est: hoc est de ratione coloris quod sit motiuus diaphani: quod quidem sit per lumen quod est actus diaphani. et ideo sine lumine color videri non potest. Cuius signum est: quod si aliquid ponat corpus coloratum super organum visus non videtur: quod non est ibi diaphanum in actu quod moueat a colore. nam si pupilla sit quoddam diaphanum non tamen erit diaphanum in actu. si supponat sibi corpus coloratum. Quod sicut quod color moueat diaphanum in actu: puta aerem vel aliquid huiusmodi: et ab hoc mouet sensituum. id est organum visus sicut a corpore sibi continuo: corpora. n. non se immutant nisi se tangant.

Deinde cum dicit.

Co. 74.

Non. n. bene hoc dicit Democritus opinatus si esset vacuum quod medium prospici vtriusque certe et si fornicata in celo esset: hoc enim impossibile est. patiente enim aliquid sensituum sit ipsum videre. Ab ipso igitur qui videtur colore impossibile est. Relinquitur autem quod a medio. Quare necesse est aliquid esse medium: vacuo autem facto non aliquid certe: sed omnino nihil videbitur: propter quam quidem igitur eam colorem necesse est in lumine videri dicitur est. Excludit errorem dicens quod non bene dixit democritus: quod opinatus fuit quod si medium quod est inter rem visam et oculum esset vacuum: quod posset aliquid quantumcunque paruum videri per quantumcunque distantiam: puta si fornicata esset in celo: sed hoc est impossibile: quod non ad hoc quod aliquid videatur quod organum visus patiatur a visibili. ostensum est autem quod non patitur ab ipso visibili immediate: quod visibile superpositum oculo non videtur. Relinquit ergo quod oporteat organum visus pati a visibili per aliquod medium. necesse est ergo esse aliquod medium inter visibile et visum. Si autem est vacuum nihil est medium quod posset immutare et immutari. Relinquitur ergo quod si esset vacuum omnino nihil videret. Incidit autem in hanc opinionem democritus. quod putabat quod causa quare distantia impedit visionem alicuius rei sit per medium quod resistit imitationi visibilibus. hoc autem est falsum. Non. n. diaphanum habet proprietatem ad lumen vel colorem: sed est in ultima dispositione ad eorum receptionem: cuius signum est quod subito immutatur a lumine vel colore. Cuius autem quare distantia impedit visum est quod omne corpus videtur sub quodam angulo cuiusdam trianguli: vel magis pyramidis: cuius basis est in re visa: et angulus est in oculo videntis. Neque differt quantum ad hoc vtrum visus fiat extra mittendo: ita quod linee procedentes triangulum vel pyramidem sint linee vel visuales progredientes a visu ad rem visam vel e converso fiat. dum modo visus sit sub predicta figura trianguli vel pyramidis: quod ideo necesse est. quod cum res visa sit maior quantitate quam pupilla: quod proportionaliter diminuendo pueniat imutatio visibilis visus ad visum. Manifestus est

... quanto latera trianguli vel pyramidis sunt longiora dummodo sit eadem basis: tanto angulus est minor. et ideo quanto a remotior videtur: minus videtur: et tanta potest esse distantia quod omnino non videtur. Deinde cum dicit.

Ignis autem in vtriusque videtur et in tenebris et in lumine: et ex hoc necessitate: diaphanum. n. ab hoc lucidum fit. Ostendit quoque videatur ignis et lucida corpora: et dicit quod videtur non solum in lumine sicut colorata: sed et in tenebris sicut illa de quibus supra dixit. et hoc ex necessitate contingit: quod ignis habet tantum de lumine quod potest diaphanum omnino facere in actu: ita ut et ipsum et alia videatur. Nec est tamen debile lumen eius quod ad partem maioris luminis obubret sicut accidit in his quae sunt dicta sunt.

Deinde cum dicit.

Eadem. n. ratio est et de sono et de odore. Nihil. n. ipsum tangens sensituum facit sensum. Sed et ab odore quidem et sono media mouentur: ab hoc autem sensituum vtriusque. Cum autem super ipsum sensituum aliquis apponit odorans aut sonans: neque vnum sensum facit. De tactu autem et gustu habet se similiter: non autem videtur. propter quam autem causam posterius erit manifestum. Medium autem sono quidem aer est. Odori autem in nominatum est. Communis. n. quedam passio est ab aere et aqua: sicut diaphanum coloris: sic est habenti odorem quod est in vtriusque his. Videtur enim animalium aquatica habere odoris sensum. Sed homo et pedibus ambulantiis quocumque respirant impossibilia sunt odorare nisi respirantia. Causa autem de his posterius dicetur.

Ostendit quod similiter se habet in aliis sensibus sicut in visu. et dicit quod eadem ratio est de sono et odore sicut et de colore. nullum. n. eorum sentitur si tangit organum sensus sed ab odore et sono mouentur media: a medio autem vtriusque organorum auditus. scilicet et olfactus. Sed cum aliquid ponit corpus odorans aut sonans super organum sensus non sentitur et similiter est in tactu et gustu: licet non videatur propter eam que inferius dicitur. Deinde ostendit quod sit medium in his sensibus. et dicit quod illud quod mouetur a sono est aer: medium autem quod mouetur ab odore est aliquid commune aeri et aquae: sicut et vtriusque eorum est medium quod mouetur a colore: sed a colore mouetur vtriusque horum secundum quod diaphanum passio autem est coloris aeri et aquae secundum quam mouetur ab odore est inominata: non. n. mouetur ab odore secundum quod sunt diaphana. Et quod vtriusque horum moueat ab odore manifestat per hoc quod animalia aquatica habent sensum odoris ex quo manifestus est quod aquae mouentur ab odore hoc autem et animalia gressibilia et respirantia non odorant nisi respirando. Et sic manifestum est quod aer est medium in odoratu. Idem autem causa posterius dicetur.

lectio decimasepta.

Nunc autem primum de sono et olfactu determinem. Est autem duplex sonus. Hic quidem enim actu quidam alius aut potentia: alia enim non dicimus habere sonum: ut spongiam: lanam: pilos. Quaedam autem habentes: vres et quocumque plana et lenia sunt: quonia possunt sonare. Hoc autem est ipsum medium et auditus facere sonum actu.

... ratio est... sonus... auditus... sonum... actu...

Ostendit philosophus determinavit de
visibili. h. d. d. d. p. In prima de-
terminat de sono in communi. In secunda de
terminat de quadam spe soni. s. voce. ibi. (Uox autem.)
prima in duas partes dividitur. In prima determinat
de sono. In secunda de differentiis sonorum. ibi. (Diffe-
rentie autem sonorum.) Prima dividit in. d. in tria deter-
minat de sono. in fa mouet quandam dubitationem cir-
ca predeterminata. ibi. (Utrum autem sonat.) Prima
dividitur in. d. in prima determinat de generatione soni:
in secunda de immutatione auditus a sono. ibi. (Uacuum
autem.) Si autem queratur quare determinat h. de ge-
neratione soni cu supra non determinauerit de gnatione
coloris: sed solum de immutatione sensus et medii a co-
lore. Dicendum est q. color: et odor: et sapor: et qualitates
tangibiles habent esse permanentes. et fixum in suo subie-
cto. Unde est alia consideratio ipsarum qualitatum secu-
dam se: et secundum q. imitant sensum. et propter hoc
alterius est considerationis utriusq. Unde philosophus
de generatione coloris et saporis et odoris determinat
in libro de sensu et sensato: de qualitatibus autem tangi-
bilibus in libro de generatione: et quantum ad aliqua in li-
bro meteo. in hoc autem li. non intendit determinare de
sensibilibus nisi in quantum sunt immutabilia sensus. So-
nus autem causatur ex motu: et non habet esse fixum et
quiescens in subiecto: sed in quadam immutatione confi-
sit. unde simul determinatur de eo sicut generatur in
sua spe: et sicut immutat sensum. Prima autem pars
dividitur in duas. In prima determinat de prima gene-
ratione soni. in secunda de secunda soni generatione que
fit per reflexionem. ibi. (echon autem fit.) Circa primam
d. s. primo ostendit q. sonus quandoq. est in actu: quan-
doq. in potentia. secundo ostendit quomodo fit sonus in
actu. ibi. (fit autem secundum actum.) Dicit ergo pri-
mo q. antequam determinetur de tactu et de gustu: dicendum
est de sono et olfactu: sed primo de sono q. spiritualior e
ut supra ostensum est. Sonus autem dupliciter dicitur:
dicitur. n. sonus in actu: et sonus in potentia. dicimus au-
tem aliquam rem habere sonum: et quando actu sonat: et
quando habet potentiam sonandi. sicut dicimus hec ca-
pana bene sonat: quous non sonet in actu. et secundum hanc
modum dicimus q. quedam non habent sonum: q. non
habent potentiam sonandi: sicut spongia et hmoi mollia:
Quedam autem dicuntur habere sonum q. possunt so-
nare: sicut es et alia hmoi plana et lenia. Sic ergo patet
q. sonus quandoq. dicitur secundum potentiam: quan-
doq. secundum actum: sed q. fiat sonus in actu: hoc per-
tinet et ad medium et ad auditum. Omne. n. sensibile du-
pliciter dicitur esse in actu. vno modo quando actu sen-
titur: hoc est dum species eius est in sensu: et sic sonus est
actu secundum quod est in auditu. Alio modo secundum q. ha-
bet propriam speciem per quam sentiri potest: prout e
in suo subiecto. et sic alia sensibilia sunt in actu: prout sunt
in corporibus sensibilibus: sicut color prout est in corpe co-
lorato. et odor et sapor: prout sunt in corpe odorifero et sa-
poroso. Sic autem non est de sono. nam in corpore sonante
non est sonus nisi in potentia: in medio autem quod mouetur ex
percussione corporis sonantis fit sonus in actu. et propter
hoc dicitur q. sonus in actu est medii et auditus: non autem
subiecti sonabilis. Deinde cum dicit.

Sit autem qui secundum actum sonus sem-
per alicuius ad aliquid et in aliquo: percussio
enim est faciens. Unde impossibile est cum
fit vnum fieri sonum. Alterum enim est ver-
berans: et quod verberatur: quare sonans ad
aliquid sonat. Tangit enim aliquid. Cum au-
tem ictu tangit: sonat. Ictus autem non fit sine motu.
De motu videtur in medio de sono. In actu
fit autem quod est in meo corpe quare
quod est in meo corpe quare

Ostendit quomodo sonus fiat in actu. Et circa hoc. d.
f. Primo ostendit quod concurrunt ad hoc q. sonus co-
stituitur in actu. secundo ostendit qualia esse oporteat. ibi.
(Sicut autem diximus.) Dicit ergo primo q. ad hoc
q. sonus fiat in actu oportet tria concurrere. fit enim sem-
per alicuius: et ad aliquid: et in aliquo: et ideo si fit vnus
tantum non potest sonum facere. Et huius ratio est sine
signis. q. percussio est causa soni. oportet igitur esse aliqd
id est percussus: et aliquid percussum. Et propter hoc
dicit q. (sonus est alicuius ad aliquid) id est percussus
ad percussum. Oportet enim q. illud quod facit sonum
tangat aliqd: et cum tetigerit suo ictu generetur tunc so-
nus. Ictus autem percussus non fit sine motu locali: motus
autem localis non est sine medio. Unde relinquatur q.
oportet esse medium ad hoc q. fiat sonus in actu. et hoc
est qd dicitur est q. os esse soni: non solum alicuius et ad
aliquid: sed etiam in aliquo.

Deinde cum dicit.
Sicut autem diximus: non contingentium ictus
sonus est: nullum enim faciunt sonum pili: et si
percutiantur: sed es et quecumque lenia et conca-
ua sunt. Et quidem quoniam lenis est. Concaua
autem ex repercussione: facit multos ictus post
primum in potentia et rix quod in actu est.

Ostendit qualia oportet esse ea que requiruntur ad so-
ni generationem. Et primo ostendit qualia os esse percussus
et percussum. secundo quale oportet esse medium. ibi.
(Aplius autem.) Dicit ergo primo q. sicut predictum est
sonus non fit ex percussione quoruscunq. contingentium cor-
porum. Dicitur enim supra q. pili et spongia et hu-
iusmodi mollia non habent potentiam sonandi: unde nul-
lum sonus faciunt etiam si percutiantur. Eius ratio e:
q. mollia cedunt percussu: unde ex percussione non ex-
truditur aer: ut sic in eo possit formari sonus ex ictu per-
cussus: et resistentia percussu. Sed si huiusmodi mol-
lia comprimantur ut aliquam dpriciem habeant et resistan-
tiam percussu sequitur sonus: licet sonus surdus. Sed es et
corpora lenia et concaua sua percussione faciunt sonum: so-
nus nam necesse est enim q. illa ex quorum percussione so-
nus redditur sint dura ut aer extrudatur: que quidem ex-
trusio est causa generationis soni. Requiritur etiam q. sint
lenia ut sit aer vnus sicut infra dicitur. Concaua autem
etiam percussa bene reddunt sonum: quia in eis intus aer
concluditur. Et cum illud quod primo motum est non pos-
sit statim exire petit alium aerem: et sic ex percussione fi-
unt multi ictus et multiplicatur sonus. et propter hoc eti-
am illa que in sui compositione habent aerem bene dis-
positum: sunt bene sonora. sicut es et argentum. In quo-
rum autem compositione aer non bene se habet non sunt be-
ne sonora: sicut plumbus et alia huiusmodi que sunt ma-
gis seculenta et terrestria.

Deinde cum dicit.
Amplius auditus in aere et in aqua: sed mi-
nus in aqua. Non est autem soni proprius aer ne-
que aqua. Sed oportet firmorum repercussione
fieri adinuicem et ad aera. Hoc autem fit: cum per-
maneant percussus aer: et non soluantur: unde si
velociter et fortiter percutiatur: sonat. Oportet
enim preoccupare motum ferientis fracturam
aeris. sicut si congregationes aut cumulum la-
pillorum percutiat aliquis latius velociter.

Ostendit que sit medium in quo generat sonus. et dicit q.
medium in quo sonus auditur est aer et aqua: sed minus
audit in aqua: q. in aere. vbi proprius singulis medium tam in ge-
nere soni q. in auditu est aer. et q. medium in quolibet
sensu qualitatibus sensibilibus secundum illum sensum
caret ut possit oes recipere. Ad manifestum est q. neq. aer

et propter hoc
debet esse in medio
a. e. g. d. d.

Co. 79.
Fragor motus
quod fit sonus

neq3 aqua habent proprium sonum: sed necessarium est ad soni generationem: i aere vel aq: qd aliq corpa firma vel solida & dura pcutiat se iuice & pcutiat aerē: qd autez simul fiat pcutio solidoru ad iuicē: & p pns sonus: & ad aera cōtingit cum aer in sua integritate manet vt possit pcuti: & nō diuidit ante pcutionem. & ppter hoc videmus qd si aliud tardo motu tangat alterum: non facit sonum: qd prius recedit aer & dissoluitur q̄ contactus solidorum: eo: po: ū fiat: sed si percussio sit velox & fortis tūc fit sonus: qd ad hoc qd fiat sonus o3 qd motus pcutientis pueniat diuisionē aeris: vt aer adhuc adunatus siue collectus pcuti possit & in eo sonus generari. Et est simile sicut cum aliqd velociter fert pcutere pōt aceruz lapidum anteq̄ dissoluatur: qd non cōtingit si tarde moueatur. & propter hoc etiam qm aliqd velociter fertur ipso aere facit sonum ex suo motu: qd ipse aer adhuc adunatus se h3 i ratione pcuti: & non solum medij.

Deinde cum dicit.

Echō autem fit: cum ab aere vno facto ppter vas determinans & prohibens diffundi: iterum aer repellitur sicut spera.

Determinat de secūda gnatione soni que fit p reuerberationē: q̄ qdēz sonus vocat echon: primo ergo determinat quō generez. scdo ostendit quō diuersificat i ei' generatione. ibi. (Videz aut.) Cōsiderandū ē autē circa primū qd generatio soni i aere cōsequit motū aeris: vt dictū est. sic autē cōtingit de imutatione aeris apud generationē soni: sicut de imutatione aque cū aliqd i aqua proicitur. Manifestū est. n. qd sūt quedā regirationes i circuitu aque pcutē q̄ qdē circa locū pcutionis sunt pne & motus est fortis. in remotis autē girationes sunt magne & motus debilioz: tandē autē motus totaliter euanescit & girationes cessant. Si autē anteq̄ motus cesset girationes ille aliquod obstaculum inueniat fit motus girationis in cōtrariū: & tanto vehementius: q̄to propinquius sunt pcuti pcutiōni. Sic igitur intelligendū est qd ad pcutiōnē corporū sonantiū aer in girū mouet: & sonus vndiq3 diffundit: & in vicino qdē girationes sunt minores: sed motus fortior: vnde & sonus fortius percipitur in remotis autē girationes sunt maiores & motus debilioz & sonus obscurioz: auditur: tandē autē deficit totū. Si autē anteq̄ h̄mōi girationes deficiant fiat reuerberatio aeris sic moti: & sonum deferentis ad aliquod corpus: girationes reuertent in cōtrariū: & sic audit sonus. q. ex aduerso & h̄ vocant echon. quod precipue fit quādo illud obstans ad quod repercutit aer motus est ali quod corpus concanum. q. quoddā vas determinans & concludens aerē in sua vnitatē: & ideo prohibens ipsum diuidi: tunc. n. ille aer sic vnitus & cōmotus. qd nō potest vterius motū protendere ppter corpus obstans percipit iterum aerem a quo percutebatur: & fit motus in contrarium sicut accidit cum aliquis proicit pilā que b spera dicitur & conueniens obstaculum retro silit.

Deinde cum dicit.

Videtur autem semper fieri echon: sed nō certus: qd accidit in sono sicut & in lumine. Et n. lumē sp repercutit: neq3. n. fieret penit' lumē: sed tenebra extra solē. s3 non sic repercutit sicut ab aqua aut aere aut & ab aliquo alio lenium: q̄re tenebrā facit qua lumen determinamus. Ostendit quō diuersimode fit echon. & dicit qd videtur semp fieri echon. sed nō semper fit certus. i. manifeste perceptibilis, & h̄ ostendit per simile. dicit. n. qd accidit in sono sicut in lumine: lumen. n. semper repercutit: sed quādoq3 quidē est manifesta percussio luminis: quando q3 autē nō: Manifesta quidē est percussio luminis qm repercutit ab aliquo corpore fulgido: ita qd euz quādā claritate fit luminis percussū simili modo prime lami

nis emissioni. Immanifesta autem est percussio luminis qm repercutit ab aliquo corpore opaco: qd h̄mōi percussio fit sine claritate & radioz emissionē. nisi. n. a corporibus opacis fieret percussio radioz solis: nō fieret lumē penitus. i. in qualibet parte aeris superioris emisperi sed vbiq3 esset tenebra extra solē. i. extra loca atq3 directe perueniunt radij solares: nō h̄ sic repercutitur lumē a corporibus opacis sicut ab aqua vel aere: aut aliquo d numero leuiū corporū & terfoz a quibus fit percussio cū claritate & radioz emissionē. Et ideo qd percussio q̄ fit a corporibus opacis non est similis percussio q̄ fit a corporibus fulgidis. percussio q̄ fit a corporibus opacis facit tenebrā. i. vmbzā ex illa parte vbi determinatur lumen manifestū: quod est ex directa emissionē radioz solarū. Similiter autē qm percussio soni fit ad corpus concanum in quo natus est multiplicari sonus fit echon certus. i. manifeste comprehensibilis. quando autem ad alia corpora fit reuerberatio soni que nō sunt nata multiplicare sonū: non fit echon manifestus.

Lectis decimaseptima.

Acuū at recte dicitur propriuz audiendi: videtur enī esse vacuū aer: hoc at ē faciēs audire: cū moueat cōtinū et vnus. s3 propter id qd fragilis ē nō sonat nisi lene sit quod percipitur: tunc at vnus fit. Simul. n. propter planū: vnum enī est lenis planum. Sonatūm quidēz igitur quod motū vnus aeris cōtinuitate vsq3 ad auditū.

Est qd philosophus determinauit de generatione soni: hic determinat de imutatione sensus a sono. & primo quantum ad imutationem mediū: secundo quantum ad imutationem instrumenti. ibi. (auditus autem.) Dicit ergo primo: qd quia medium in sono est aer recte dicitur a quibusdam qd vacuum est proprium sensui auditu: quia videtur eis qd vacuum sit aer. aer autem facit audire sonum cum moueatur existens vnus & cōtinuus: vt in eo possit formari sonus. Et quia ad hoc qd formetur sonus: necessaria est vnitās & cōtinuitas aeris: ideo non fit sonus nisi sonabile quod percipitur sit lene. lene enim est: cuius vna pars non supereminet alteri asperum autem: cuius vna pars alicui supereminet. vnde manifestum est qd superficies leuis corporis est simpliciter vna. & propter hoc aer propter vnitatem plani id est superficiei fit vnus & simul existens. Si autem corpus non sit lene sed asperum: tunc superficiei non est vna. Et quia aer est frangibilis id est facile diuisibilis sequitur qd etiā aer non fit vnus & cōtinuus: vnde nō pōt in eo formari sonus. Sic igitur patet qd illud est sonans tantum id est faciens sonum quod mouet aerē vnū cōtinuum existentem a se vsq3 ad auditū. Sic ergo patet qd illi qui dicunt qd vacuum est propriuz sensui auditu: dicit aliqd recte: qd esse propriū auditus cōpetit aeri quē vacuū esse dicunt: nō autem dicunt recte q̄tam ad hoc qd plenum aere dicunt esse vacuum.

Deinde cum dicit.

Auditus at cōnaturalis est aeri: ppter id at qd i aere ē moto exteriori quod ifra mouetur: pp quod quidē nō vbiq3 audit aīal: neq3 vbiq3 transit aer. Nō enim vbiq3 habet aerē mouēda pars & animatū: sicut pupilla hūidū. Determinat de imutatione auditus a sono quantum ad ipsum organū sensus auditus. Et circa hoc tria facit. primo ostendit qd aer appropriatur organo auditus. secundo ostendit qualis sit aer qui competit organo auditus ibi. (per se quidem igitur.) tertio ostendit quomodo auditus impedit: vel nō impeditur ex impedi-

Co. 80.
Sed non omni...
generations...
reflexi qd dicitur...
artem

hūidū...
mō...
gaurz...

Secundus

De anima

in organo. ibi. (propter hoc at & aqua.) Dicit ergo pri...

Et hoc impedimentum puenit ex hoc qd aer q est in...

Deinde cum dicit. Per se quidem igitur insonabilis aer: pp id...

Utrum at sonet verberas: aut quod verberat: aut...

Quid sit aer q appropriat instrumto auditus. Et di...

Adouet qd nem circa generationem soni: vtrum ca...

Propter hoc autem & in aqua audimus quonia no...

Differencie autem sonantiu in sono secunduz actuz...

Quid quod impediatur auditus ex impedimento organi...

Hec autem dicitur secundum methaphoram ab illis...

Sed signum est audiendi: aut non sonare semper...

Acutum. n. mouet sensuz in pauco tepore multum...

Handwritten notes at the top left of the page.

Co. 85. Handwritten marginal note.

Co. 86. Handwritten marginal note.

Handwritten marginal note.

Handwritten marginal note.

Handwritten notes at the bottom left of the page.

Neque tamen velox est acutum: graue autem tardum: sed sic hoc quidem propter velocitatem huius motus illud autem propter tarditatem.

Quia predictae rationes videntur esse velocis et tardi: velox enim est quod in paruo tempore multum mouetur: tardum autem: qui in multo tempore parum. Ostendit qualiter se habet acutum et graue in sonis ac velox et tardum in motibus et dicit quod velox non est idem quod acutum: nec graue in sonis est idem quod tardum: sicut nec sonus cuius differentie sunt graue et acutum est idem quod motus cuius differentie sunt velox et tardus. Sed sicut motus est causa soni: ita velocitas motus est causa soni acuti: et tarditas motus est causa soni grauis: sed hoc intelligendum est cum sonus est ab uno motu: cum autem causatur ex pluribus motibus frequentia motus est causa acuti soni: et tarditas est causa grauis ut dicit boetius in musica. Unde et chorda magis tensa acutum sonat: quia ex vna parte percussione frequentius mouetur.

Et videntur similitudinem habere circa tactum cum acuto et hebeti: acutum enim quasi pugit: hebes quasi pellit propter id quod mouetur hoc quidem in paucis: illud autem in multo. Quare accidit hoc quidem velox: illud autem tardum esse. De sono igitur sic determinatum sit.

Assimilat differentias sonorum qualitatibus tangibilibus a quibus nominantur. et dicit quod ea quae sunt circa tactum habent similitudinem cum acuto et hebeti in sonis. quia acutus sonus quasi pugit auditum eo quod in paucis tempore mouet ipsum. hebes autem quasi pellit quia in multo tempore mouet. vnde vnum eorum accidit cum velocitate motus: aliud cum tarditate: vltimo concludit quod sic de sono determinatum sit.

Lectio decima octaua.

Vox autem sonus quidam est animati. In animatorum enim nullum vocat: sed secundum similitudinem dicitur vocare. ut tibia et lyra: et quaecumque alia in animatorum extensionem habent et melos et locutionem. Assimilantur enim quia et vox hoc habet.

Philosophus determinauit de sono hic determinat de voce quae est species soni. Et diuidit in partes duas. In prima parte praeponit quaedam quae sunt necessaria ad definitionem vocis. In secunda diffinitur vox ibi. (quae percussio) circa primum. d. f. primo ostendit quomodo sic habere vocem. secundo quod sit proprium organum vocis. ibi. (vox est sonus). Circa primum. d. f. primo ostendit quod habere vocem est animatorum. secundo ostendit quomodo animatorum ibi. (multa sunt animalium). Dicit ergo primo quod vox est quaedam species soni: est enim sonus animati: non autem quodlibet sonus sed quodlibet ut post patet. Nullum autem animatum habet vocem: et si aliquando aliquid eorum dicatur habere vocem: hoc est secundum similitudinem: sicut tibia et lyra et huiusmodi instrumenta dicuntur habere vocem. habent enim tria eorum soni in quibus assimilatur voci. Quorum primum est extensio. manifestus est enim quod in corporibus animatis ex simplici percussione datur sonus. vnde cum percussio statim transiit: sonus etiam cito transiit et non continetur. Sed vox causatur ex percussione aeris ad vocalem arteriam: ut post dicitur: quod quidem percussio continetur secundum appetitum anime: et ideo vox extendi potest et continuari. Illa igitur ista de quibus dicitur est ex hoc ipso quod habet quaedam continuationem istius sono: habet similitudinem vocis. Secundum autem in quo assimilantur voci est melos. id est consonantia. sonus enim corporis inanimati cum ex simplici percussione pueniat vniuersalis est non habet in se diversitatem grauis et acuti. vnde in eo non est consonantia quae ex eorum proportionem causatur: sed vox diuersificatur secundum graue et acutum: eo quod percussio quae causatur vocem diuersimode fit secundum appetitum animae vocem emittentis. vnde cum in predictis istis difficultas sit grauis et acuti in sono: eorum sonus est cum quaedam melodia ad similitudinem vocis. Tertium in quo sonus horum instrumentorum habet similitudinem

itudinem vocis est locutio. id est interpretatio sonorum ad similitudinem locutionis. manifestum est enim quod humana locutio non est continua. vnde et in libro predicamentorum: oratio quae in voce profertur ponit species quantitates discrete. distinguitur enim oratio per dictiones: et dictiones per syllabas: et hoc accidit propter diuersas percussiones aeris ab anima. et similiter sonus predictorum istorum distinguitur secundum diuersas percussiones: ut pote diuersarum chordarum vel diuersorum flatuum aut aliorum huiusmodi.

Deinde cum dicitur. Multa autem animalium vocem non habent: ut quae sunt sine sanguine et sanguinem habentium pisces. Et hoc rationabiliter: siquidem motus sonus est. Sed quae dicuntur vocare: ut quae in acheleo sonant brachiis: aut quodam altero huiusmodi. Ostendit quomodo animalium sit habere vocem: et dicit quod et multa animalia sunt quae non habent vocem: sicut omnia carteria sanguine quorum sunt quatuor genera: ut dicitur in libro de animalibus. scilicet molli quae habent mollem carnem exterius: ut pulpi et sepie: et animalia molli testis: ut cacti. et animalia dure teste ut ostreae et animalia anulosi corporis: ut apes et formice. et huiusmodi. nullum enim horum habet sanguinem neque vocem. Et similiter et aliqua animalia habent sanguinem non habent vocem. scilicet pisces. et hoc rationabiliter accidit: quia sonus est quaedam motus aeris ut supra dictum est: huiusmodi autem animalia non respirant aerem: et ideo non habent proprium sonum quod sit vox. Sed quod aliqui pisces dicuntur habere vocem: sic quod sunt in acheleo quod est primum nomen fluminis: non habent proprie vocem: sed faciunt quaedam sonum cum brachiis quibus expellunt aquam. et attrahunt aerem aut aliquo istius motus.

Deinde cum dicitur. Vox autem sonus animalis est et non qualibet parte: sed quoniam omne sonat verberate aliquo et aliquid in aliquo: hoc autem est aer. rationabiliter utique vocabuntur haec sola quae quae suscipiunt aera. Ostendit quod sit organum vocis. Et circa hoc tria facit. primo ostendit quod idem est organum vocis et respirationis. secundo ostendit quod ad quod respirationis sit utilis. ibi. (id est animalis respirationis). tertio ostendit quod sit organum respirationis. ibi. (organum autem). Dicit ergo primo quod quousque vox sit sonus animalis: non tamen cuiuscumque pars animalis sonus est vox: sed quia ad generationem soni requiritur quod sit percussio alicuius ad aliquid et in aliquo quod est aer rationabile est quod illa sola animalia vocem habeant quae aerem respirando suscipiunt: et ex eadem parte vnde respirant.

Deinde cum dicitur. Ita enim aere respirato vitae natura in duo opera: sicut lingua et in gustum et locutionem. Quorum quidem gustus necessarius est: vnde et pluribus inest. Interpretatio autem est propter bene esse: sic et spiritu et ad calorem interiores tanquam necessarium. Causa autem in aliis dicta est. et ad vocem: ut sit quod bene.

Dicit quod natura vitae aere respirato ad duo opera: sicut etiam vitatur lingua ad gustum: et ad locutionem: quorum duorum gustus est necessarius: est enim discretivus alimentum convenientis quo conseruatur animal. et propter hoc pluribus animalibus inest. Sed interpretatio quae fit per locutionem est ad bene esse: et similiter aere respirato natura vitatur ad mitigationem caloris naturalis: quod est necessarium: et huius causa dicta est in libro de respiratione et expiratione et vitae aere respirato ad formationem vocis: quod est ad bene esse.

Deinde cum dicitur. Organum autem respirationis vocalis arteria est. cuius autem causa haec pars est pulmo. Haec enim parte plus habent calorem pedibus gradientia alius. Indiget autem respiratione et circa cor locus primus. Unde necesse est interius respirante ingredi aerem.

Handwritten notes in the left margin: 'Sed magnam similitudinem', 'Sicut dicitur de sonis', '2 motus', 'Sed per se sonus', 'tunc sonus habent', 'Sed in istis dicitur sonus', 'sonus est motus'.

Co. 87.

Co. 88.

Co. 89.

Condit qd sit organū respirandi. & dicit qd organū respirandi ē vocalis arteria: q̄ ē ordinata ad pulmonē: ut ei deseruiat p̄ aeris attractionē. Aer. n. necesse ē vt recipiat i pulmone: qz aīalia gressiua hnt i hac pte plus d calore q̄ i alijs p̄tib. pulmo. n. p̄tingit cordi: i quo est principiū caloris naturalis. & iō locus q̄ ē circa cor: indi get respiratiōe ad refrigeriū caloris naturalis. dicit autē (locus p̄mus:) vel qz ē p̄im⁹ post cor pulmo: vt pote ei vicinior: vel qz cor ē p̄ma pars aīalis & q̄tus ad generationē: & q̄stū ad causalitatē motus: & pp hoc necesse est vt aer ingrediat ad pulmonē ad refrigeriū caloris naturalis cordis. vel hoc qd dicit qd (in hac pte aīalia pedibus gradicūta hnt plus caloris alijs) intelligēdū est alijs aīalibus. Manifestū est. n. qd aīalia hntia sanguinez habent plus de calore naturali: carētibz sanguine. & in genere habētū sanguinē: hnt pisces minus de calore naturali: & pp hoc aīalia carentia sanguine. & pisces non respirant vt supra dictū est. **Deinde cum dicit.**

Quare percussio respirati aeris ab anima q̄ est in his partibus ad vocalē arteriā vox ē.
 Ex p̄missis vocis diffinitionez p̄cludit. Et circa hoc d. f. p̄mo ponit diffinitionem vocis: secundo manifestat eā. ibi. (Mō. n. oīs.) Dicit ergo p̄mo qd qz vox ē sonus aīatis: & ex illa pte qua aerē respirat. oīs at sonus ē ex alia qua percussione aeris: sequit qd vox sit respirati percussio aeris ad arteriā vocalē: q̄ qd percussio sit ab aīa que est i his p̄tibz. i. p̄ncipaliter in corde: q̄uis. n. aīa sit i toto corpe vt est forma aīalis: tñ vis eius motiua est p̄ncipaliter in corde. Datur autē hec diffinitio p̄ cāz. non. n. vox est percussio sed sonus ex percussione causatus. **Deinde cum dicit.**

Non enim omnis animalis sonus vox est sicut diximus. Est enim & lingua sonare & sicut tussientes. Sed oportet animatum verberans & cuz imaginatione aliqua. significatiui enim quidam sonus est vox & non respirati aeris: sicut tussis. sed isto verberat eum q̄ est in arteria ad ipsam.

Manifestat predictam diffinitionē. Et primo q̄stū ad hoc qd dixerat: qd percussio vocalē ē ab aīa: fo q̄stū ad hoc qd dixit: qd est aeris respirati: ibi (signū autez.) posuerat enim tria in diffinitione. vocis: p̄cutiēs. s. animā percussū. s. aerez respiratū: & ad qd sit percussio. s. vocales arteriā: quo rū tertū supra manifestauerat: vñ restabat qd duo p̄ma manifestaret. Dicit ergo primo qd sicut supra dictum ē: non omnis sonus animalis est vox. contingit enīz linguā facere aliquos sonos: qui tamen non sunt voces: sicut & tussientes faciunt sonum: qui tamen non est vox: oportet enim ad hoc qd sit vox qd verberans aerez sit aliquid animatum: & cuz imaginatione ad aliquid significandū. oportet enim qd vox sit sonus quidam significans: vel naturaliter vel ad placitum: & propter h̄ dictū est qd h̄mōi percussio est ab anima. operationes enīz aīales dicuntur que ex imaginatione procedunt: & sic patet qd vox non est percussio respirati aeris: sicut accidit in tussi: sed id cui p̄ncipaliter attribuitur causa generationis vocis est anima: que vtitur isto aere scilicet respirato ad verberandū aerem qui est in arteria ad ipsam arteriam: Aer ergo non est p̄ncipale i vocis formatione: sed anima que vtitur aere: vt instrumento ad vocem formandam. **Deinde cum dicit.**

Signum autem est non posse vocare respirantem neqz expirantem: sed detinentem. mouet. n. isto retinens. Manifestum autem & quia pisces sine voce. Non enim habent guttur: hanc autem partem non habent: quia nō

recipiunt aerem neqz respirant. sed qui dicunt sic: peccat: pp quā igitur causas altera ratio ē. **Condit** alia partes diffinitionis. s. qd vox sit percussio aeris respirati. & dicit qd signū hui⁹ ē duplex. vñ qz aīal nō pōt formare vocem neqz dum attrahi aerem respirando: neqz dum expellit expirando: sed dum retinet aerez: qz dum retinet isto aere retento & p̄ueniente aerē exites i vocali arteria causat motū ad formationē vocis. Aliud signū est qd pisces non habent vocem: non enim hnt guttur: idest vocalem arteriam: & hanc partem non habent quia non recipiunt aerem neqz respirant. Sed qui dicunt hoc qd pisces respirant peccant: quare autem pisces non respirant. alia ratio est: pertinet enim ad scientiam in qua considerantur particularia accētia aīalium.

lectio decima nona.
De odore autem & olfactibili minus bene determinabile est dicitur. Non enim manifestum est quale quid sit odor sicut sonus: aut visibile vt lumen. Causa autem est: quia sensum hunc non habem⁹ certum: sed peiorem multis animalibus. prauē enim odorat homo. Et nihil odorat odorabilem sine letitia & tristitia: sicut nō existente certo eo quo sentimus. Rationabile autem sic & fortes oculis colores sentire. & non per manifestas ipsis esse differentias colorum nisi terrentium: & non terentium: sic autem & odores hominum genus.

Quis philosophus determinauit de visibili & audibili: nūc scio determinat d odorabili. & diuidit i p̄tes duas. i p̄ma determinat de odorabili i q̄stū sic: i scda de terminat de odorabili fm qd imutat sēluz olfactū: ibi. (ē aut olfactū.) Circa p̄mū. d. f. p̄tio d̄terminat d odorabili s̄z se. i scda d̄ n odorabili. s̄z qd odoratu percipit. ibi. (Adhuc at.) Circa p̄mū duo facit. p̄mo ostendit difficultatē terminandi de odorabili. scdo ostēdit quō accipiat cognitio odorabilitū. ibi. (Videf. n. & ana.). Dicit ergo p̄tio qd n̄ ita hnt d̄terminari p̄t de odorō & odorabili: sic de p̄dictis sētibilib⁹. s. audabili & visibili: qz nō manifestū ē nobis qd sit odor: sic qd ē son⁹: aut qd ē visibile: aut lumen vel aliqd h̄mōi. & hui⁹ cām assignat qz sensum odorat⁹ nō hēmus bonū qd p̄spicaciter & p̄ certitudinē cognoscat suū obiectū s̄z hēmus eū peiorē multis alijs aīalib⁹. Cui⁹ rō ē. qz cuz instm̄ sensus debeat eē p̄portionatū suo sensibili: sicut odor causat ex calido & sicco. ita ad bonitatem instm̄ odoratus exigit victoria calidi & sicci. hō at h̄z cerebrū i cuius vicino positū ē: instm̄ olfactus mai⁹ oīs aīalib⁹ fm p̄portionē sui corpis: vt p̄s dicit in lib. de aīalib⁹. vñ cū cerebz sit hūidū & frigidū i se p̄sideratū ipedit i hōie bōitas olfactus: & pp hoc prauē odorat hō: & nihil odorabilitū percipit nisi qd ē s̄z aliquā excellentiā iducēs delectationem aut contrarium quod contingit propter sensum qui non est perspicax ad certitudinaliter discernendum de suo obiecto: vñde rationabile est qd hominum genus sic se habet ad percipiēdos odores: sicut se habet animalia habentia duos oculos: vt locuste & quidam pisces ad percipiēdos colores quos propter debilitatem visus ex ineptitudine organi non percipiunt nisi in quadam excellentia prout ex eis ingreditur eis aliquis terro: vel eius contrarium.

Deinde cum dicit.
Videtur enim & analogiam habere ad gustum: & similiter species humorum cum his que sunt odoris: sed certiores habemus gustum

ma h̄a p̄te dicitur. s. in libro de aīalib⁹

Co. 92.
*rap d̄cti m̄z p̄tūm
 s̄z p̄ h̄z d̄cti m̄z nat
 de olfacto & odorabili
 q̄ t̄met d̄cti p̄tes p̄
 s̄m d̄cti m̄z nat p̄le
 odore & p̄t qd d̄cti
 r̄m̄ est p̄cti m̄z nat
 de odorato p̄m̄z d̄cti
 Co. 93. s̄z u s̄z q̄*

*h̄m̄z uo sentit d̄
 ferentis odorū m̄z
 fuerit v̄lōm̄z t̄z*

S

*q̄t̄at qd d̄cti m̄z nat
 de odorib⁹ s̄z d̄cti
 h̄m̄z ad h̄m̄z t̄z*

Handwritten flourish or signature at the bottom of the page.

Testantur quod quidam p[ro]p[ri]os sapor[um] & sumentur de f[er]ro
odor

Secundus

Co. 94.

stum propter id quod ipse quidam tactus est
hunc autem habet homo sensum certissimū.
In aliis enim deficit ab animalibus multis.
Secundum autem tactum differenter certifi-
cat. unde et prudentissimū animalium est. Si-
gnum autem in genere hominum secundū sen-
sum ingeniosos esse et non ingeniosos: secun-
dum alium autem nullum. Duri enim carne
inepti fiere. Molles autem carne bene apti.

ostendit quomodo innotescat nobis differentie odo-
rum, et circa hoc. d. f. pmo ostendit qd differentie odor[um] no-
bis innotescit p[er] cōparationē ad differentias sapor[um]. scdo
ostendit quō rident differentie odor[um] differentijs sapor[um]:
ibi. (est autē sicut hu.) Dicit ergo p[ri]o qd sensus olfact[us]
i hoīe videtur habere quandam cōuenientiā et propor-
tionē ad gustum: et similiter species humor[um]. i. saporū ad
species odoris. Unūquodq[ue] autē ignotū cognoscit p[er] id
qd ē magis manifestū. Unde cum species sapor[um] sint no-
bis maxime manifeste: species odor[um] que sunt nobis
ignote et habent affinitatē ad species saporū: sub eorū si-
militudine a nobis cognoscūt: species autē saporū sūt
nobis manifeste: qz sensum gustus habet homo certi-
orem q̄ alia animalia: qz gustus est tactus quidam: ta-
ctum autem habet certissimum alijs animalibus: licet i
alijs sensibus deficiat a quibusdam animalibus. Sunt
enim quedam animalia que melius vident: audiunt:
et olfaciunt q̄ homo: sed homo s[ecundu]m tactum multum dif-
fert i certitudine cognitionis ab alijs animalibus: Unde
qz homo h[ab]et optimum tactus: sequit[ur] qd sit prudentissimū
omnium aliorum animalium. Et qz et in genere homi-
nū ex sensu tactus accipim[us] qd aliqui ingeniosi sunt vel
non ingeniosi: et non s[ecundu]m aliquem alium sensū: q̄ enim
habent duram carnem et p[er] cōsequens habent malū tac-
tū: sunt inepti s[ecundu]m mentē: qui vero sunt molles carne: et p[er]
consequens boni tactus sunt bene apti mēte: unde et alia
animalia habēt duriores carnes q̄ homo. Sed vide-
tur qd aptitudo mentis magis respondeat bonitati vi-
sus q̄ bonitati tactus: quia visus est spiritalior sensus et
plures differentias rerum demonstrat. Sed dicendū ē
qd duplici ex causa bonitas mētis respondet bonitati tac-
tus. Prima ratio est qd tactus est fundamentus omnium
aliorum sensuum. Manifestus est enim qd organum tactus
diffunditur per totū corpus: et quodlibet instrumentū
cuiuscunq[ue] sensus est etiam instrumentū tactus: et illud
ex quo aliquid dicitur esse sensitivum est sensus tactus:
Unde ex hoc qd aliquid habet meliores tactus: sequit[ur]
qd simpliciter habet meliorem sensitivam naturam: et p[er]
consequens qd sit melioris intellectus. Nam bonitas
sensus est dispositio ad bonitatem intellectus. Ex hoc at
qd aliquis habet meliorem auditū vel meliores visus:
non sequitur qd sit melius sensitivus vel melioris sensi-
tive simpliciter: sed solum s[ecundu]m quid. Alia ratio est. qz
bonitas tactus consequitur bonitatem cōplexionis siue
temperantie: cum enim instrumentū tactus non possit
esse denudatum genere tangibilium qualitatum: eo qd est
ex elementis compositum: oportet qd sit in potentia ad
extrema: saltem p[er] hoc quod est medius iter ea. ad bonam
autem complexionem corporis sequitur nobilitas ani-
me: quia omnis forma est p[ro]portionata sue materie: un-
de sequitur qd qui sunt boni tactus: sunt nobilioris anime
et perspicacioris mentis. Queritur autem iterū cum
tactus sit certissimus sensuum: quare species odor[um] deno-
minatur magis a speciebus sapor[um] q̄ a qualitibus tan-
gibilibus. Et dicendum qd odor et sapor causantur ex de-
terminata cōmixtione qualitatum elementarium: et ideo
species odoris magis correspondet speciebus saporis
q̄ simplicibus qualitibus tangibilibus.

Deinde cum dicit.

Ita habet a p[ro]p[ri]os sapor[um] & sumentur de f[er]ro
Tunc p[ro]p[ri]os sapor[um] sumentur de f[er]ro
vnde sumentur odorabile (ab odorato
et sumentur)

De anima

Est autem sicut humor hic quidem dulcis
ille vero amarus: sic et odores sunt. Sed alia
quidem habent proportionaliter odorem et
humorem. Dico autem dulces odorem et dulce hu-
morem: alia vero contrarium. Similiter autem
et acer et austerus et acutus et pinguis est odor:
sed sicut diximus propter id quod non mul-
tum permanenti sunt odores sicut humores
ab his acceperunt nomina secundum simili-
tudinem rerum. Dulcis quidem enim a croco
et mille: acer autem a thimo et huiusmodi. eo-
dem autem modo et in alijs.

ostendit quō species odoris correspondent speciebus sa-
poris: et dicit qd sicut humor. i. sapor quidam est dulcis:
et quidam amarus: sic etiam et odores distinguunt. Sz
sciendum est qd quedam habent p[ro]portionalem odorem
et saporem. s. dulcem odorem et dulcem saporem. que-
dam vero per contrarium. s. suavem saporem et non sua-
ves odores v[el] e[con]verso. Cuius rō est. qz sapor consistit i
humido aqueo aliquantulum digesto: odor autē consistit in
siccō aereo aliquantulum contemperato. Contingit autem
quandoq[ue] v[er]tanq[ue] substantiam. scz subtilem aeream et
aqueam grossiorem s[ecundu]m debitam p[ro]portionem cōmi-
xtam esse: et sic est suavitas saporis et odoris. Si vero sit
debita p[ro]portio in vno et non in altero erit in vno suavi-
tas et in alio non. Et sicut dictum est de dulci et amaro qd
sunt extrema in saporibus que transferuntur ad odores:
ita etiam et acetosum et austerum. i. stipicum: aut ponti-
cum et acutum et pingue odoribus attribuuntur. Sed li-
cet non semper in omnibus correspondeat odores sapo-
ribus: tamen sicut dixi propter hoc qd odores non sunt
multum manifesti sicut saporibus acceperunt nomina odo-
rū a saporibus s[ecundu]m similitudinē rerum: qz aut in pluribus
odores respōdent saporibus: dulcis. n. odor et sapor can-
satur a croco et melle. Acer autem a thimo et a similib[us].
Et si militer de alijs odoribus et saporibus.

Deinde cum dicit.

Adhuc autem sicut auditus et unusquisq[ue]
sensuum hic quidem audibilis et non audibi-
lis: ille vero visibilis et non visibilis: et olfactus
odorabilis et non odorabilis. Non odorabi-
le autem aliud quidem secundum id quod om-
nino impossibile est habere odorem aliud ve-
ro paruum habens et prauum. Similiter au-
tem et non gustabile dicitur.

ostendit etiā quomodo nō odorabilia odoratu per-
cipiuntur: et dicit qd sicut auditus est audibilis et nō au-
dibilis: et visus est visibilis et non visibilis: cū sit eadem
potentia cognoscitiva oppositorū et privatio non cognosca-
tur nisi per habitum: similiter olfactus ē odorabilis et nō
odorabilis: sed non odorabile dicitur dupliciter. Aut qd
oio nō potest habere odorem sicut corpora simplicia: Aut
qd habet parū de odore aut malum odorem. Et similiter
intelligendum est de gustabili et non gustabili.

Lectio. 20.

Et autem omnis olfactus per mediū
ut aerem aut aquam. Et nāq[ue] aqua
tica videntur odorem sentire. Simili-
ter autem et quecumq[ue] cum sanguine et sine san-
guine: sicut et que in aere. Et enim horū que-
dam a longe occurrunt ad alimentū: que ab
odore moventur.

Testantur omnes (sunt) de rerum nominis
Tunc quod p[ro]p[ri]os det[er]minat de s[ecundu]m mutatio
no olfactus ab odore qd sumentur duas p[ro]p[ri]os
p[er] s[ecundu]m p[ro]p[ri]os qd sumentur medius odorem
p[er] s[ecundu]m p[ro]p[ri]os qd aer et aqua et medius
olfactus

Secundus

De anima

Questio pbs determinavit de odorabili: hic determinat de imutatioe odoratus ab ipso. Et primo quantum ad medium. secundo quantum ad organum sensus. ibi. (Est autem odor siccus.) Circa primum duo facit. primo ostendit quid sit medium in ista odoratus. secundo movet quandam questionem circa determinatam. ibi. (Unde dubium.) Dicit ergo primo quod sensus olfactus immutat ab odorabili per medium. scilicet aerem: aut aquam: et quod aer sit medium in olfactu. manifeste apparet: quia nos per aere odoramus: unde oportuit manifestare aquam esse medium in olfactu: quod quidem ostendit per hoc quod animalia aquatica odorem sentiunt: non solum illa que habent sanguinem: sed et illa que sanguine carent: sicut et animalia que vivunt in aere: quod apparet ex hoc quod quedam eorum de longinquo veniunt ad alimentum: quod non posset esse: nisi inquantum perveniant ab odore: sicut patet de vulturibus que ex multis diebus dicuntur ad cadavera convenire. Quod autem odor ad tam remota spacia diffunditur: dubitatio est. Sciendum itaque est quod quidam posuisse omnes sensus quodam perfici tactu. dicebant. non oportere quod sensus et sensibile se contingat ad hoc quod sentiat. Alii tamen estimabant hoc accidere in visu: et in aliis sensibus: dicebant. non quod ex visu egrediebantur linee visuales pergradientes usque ad rem visam: et ex earum tactu visibile videbatur. In aliis autem sensibus dicebant quod eorum sensibile perveniebat ad sensum: et quod in tactu et gustu hoc manifeste videtur accidere. Nam tangibile et gustabile quodam tactu sentiuntur: in auditu et idem videtur esse. Nam aer motus usque ad auditum pertingit. Circa olfactum et idem esse dicebant: ponebant. non quod a corpore odorabili resolventur quedam fumalis evaporatio: que est subiectum odoris: et perveniebat usque ad sensum olfactus. Quod. non. huius aduersitatis hec esse videtur: quia antiqui non ponebant nec percipiebant aliquid de immutatione spiritali medii: sed solum de imutatioe materiali. In aliis autem sensibus apparet quedam imutatio naturalis in medio sed non in visu. Manifestum est. non quod soni et odores deferuntur per ventos vel impediuntur: colores autem nullo modo. Manifestum est et quod colorum colorum species per eandem partem aeris differunt ad visum: sicut cum unus videt album: alius nigrum simul exites in eodem aere et eodem aere vietes per medio. quod quidem in olfactu non accidit. Nam spiritus odores et in medio se impedire inveniunt. Et idem non percipientes immutationem que medium immutat a visibili: posuerunt quod visus defertur usque ad rem visam: sed quia percipiebant ad imutationem que medium immutat ab aliis sensibus: credebant quod alia sensibilia deferrentur ad sensum. Sed manifestum est quod hoc in olfactu non potest accidere. Cum enim odor cadaveris usque ad quinquaginta miliaria vel amplius a vulturibus sentiat: impossibile est quod aliquid corporalis evaporatio cadaveris usque ad tantum spacium diffunderetur. precipue cum sensibile imutet medium undique secundum eandem distantiam: nisi si impediat. Non autem sufficeret ad occupandum tantum spacium: et si totum cadaver resolveretur in fumales evaporaciones: cum sit certus terminus rarefactionis ad quem corpus naturale pervenire potest: que est raritas ignis: et precipue cum per huius odorem cadaver non appareat sensibiliter immutatus. Et idem dicendum est quod ab odorabili resolvi quidem potest fumalis evaporatio: que tamen non pertingit usque ad terminum ubi odor percipitur: sed immutatur medium spiritaliter ultra quam dicta evaporatio pertingere possit. quod autem spiritalis imutatio sit a visibili magis quam ab aliis sensibilibus. ratio est. quia visibiles qualitates insunt corruptibilibus corporibus: sed quod coincant cum corporibus incorruptibilibus. unde habent esse formalius et nobiliter quam reliqua sensibilia que sunt propria corruptibilium corporum.

Deinde cum dicit.

Unde et dubium videtur: si omnia quidem que sub odore fiunt similiter odorant. Homo autem respirans odorat: non respirans autem sed expirans aut retinens spiritum non odorat neque a longe neque

*hinc de dubiis videtur quod questiones istas
cum mala respirantia et hinc non perazita
similiter odorant et pertingit in nostrum
per se neganda*

a prope: neque si in nasum intus apponatur: et hoc quidem in ipso positum quo sentitur insensibile esse omnibus commune est: sed sine respiracione non sentire proprium est hominum. Manifestum autem est tentantibus. Quare sanguinem non habentia quoniam non respirant alterum utriusque quendam sensum habent preter eos que dicti sunt.

Ad movet dubitationem circa predicta. Et primo obicit ad unam partem. secundo ad aliam. ibi. (sed impossibile est.) tertio solvit. ibi. (videtur autem.) Dicit ergo primo quod cum est aquatica odor et per aquam: dubium videtur si omnia sensibilia odorant eundem sensum: et videtur quod non: quia homo odorat dum attrahit aerem respirando: quoniam autem non respirat attrahendo aerem: sed emittendo ipsum expirat aut retinet spiritum non odorat: neque de longe neque de prope: et si poneretur odorabile intus in naso. Sed hoc quod sensibile positum supra sensum non sentiat eodem est omnibus aliis sensibus vel animalibus. Sed quod odor non sentiat sine respiracione hoc est proprium hominibus: et hoc manifestum est si quis tentare voluerit: unde cum animalia non habentia sanguinem non respirent: videtur quod habeant alium sensum preter olfactum et alios sensus que dicti sunt in homine. Deinde cum dicit.

Sed impossibile est siquidem odorabile sentiant odorabilis. non sensus et mali odoramenti et boni odoramenti olfactus est. Amplius autem et corrupti videntur a fortibus odoribus ex quibus homo corrupti videntur: ut asphaltum sulphure et huiusmodi. olfactum quidem videtur habere necessarium et sed non respirantia.

Obicit in contrariis duabus rationibus. prima ratio est. quod sensus distinguuntur secundum sensibilia. unde cum sensus olfactus sit sensus odorabilis. scilicet boni et mali odoramenti: et hoc contra sentiat tam ab homine quam ab animalibus aliis non respirantibus: sequitur quod idem sensus olfactus sit in homine et in aliis animalibus. Alia ratio est. quod eiusdem sensus eadem sunt corruptiva: non enim visus patitur aliquid a sonis: neque auditus a coloribus. Sed sensus animalium non respirantium videntur corrupti a gravibus odoribus et excellentibus ex quibus sensus hominis corrumpitur. scilicet ab asphaltum quod est quedam perfectio ex succis herbarum et a sulphure et ab huiusmodi. ergo alia animalia habent sensum olfactum sicut homo. sed non respirent.

Deinde cum dicit.

Videtur autem hominibus differre hoc sensitivum ad ea que aliorum animalium: sicut oculi ad ea que duorum oculorum sunt. Nec quidem habent peribragma et sicut velamen palpebras que aliquis non movens neque retrahens non videt: fortia autem oculis nihil habent. sed mox vident que fiunt lucido: sic igitur et odoratum aliis quidem sine operculo est: sicut oculis: aliis vero aere recipientibus habere cooperimentum: quod respirantibus discooperit ampliatil venis et poris: et per hoc respirantia non odorant in aqua. necessarium enim est odorem pari respirantia: habeat autem facere in humido impossibile.

Solvit questionem que ista diversitas in modo respirandi non est ex diversitate sensus: sed ex diversa dispositione organum. organum enim olfactus in homine differt ab organo animalium: sicut oculi hominum differunt ab oculis duri quorundam animalium. oculi enim hominum habent quedam peribragma. id est pannum ad cooperiendum. scilicet palpebras: unde homo non potest videre nisi quodam motu palpebre retrahatur: quod si accidit in animalibus habentibus duros oculos sed statim vident ea quorum species sunt in diaphano: ita est et in animalibus non respirantibus: or

*Co. 99.
Hinc dicitur quod non respirent
et odorabile*

*Co. 100.
Hinc dicitur quod non respirent
et odorabile*

Secundus

De anima

ganum odoratus est sine operculo: sed in animalibus respirantibus habet quoddam operculum: quod oportet aperiri ampliatum poris per respirationem: et ideo animalia respirantia non odorant in aqua: quia oportet pati ab odore respirando: quod non potest fieri in aqua. **Deinde cum dicit.**

Est autem odor siccus sicut humor humidus.

Odoratum autem sensitivum potentia humorum est. **D**eterminat de instro olfactus: et dicit quod odor fundat in sicco sicut sapor in humido: organum autem odoratus oportet esse in potentia ad odorem et ad siccum: sicut organum visus est in potentia ad colores et ad lucem.

Lectio vigesima prima.

Ustabile autem est quiddam tangibile et habet esse causa quare non sit sensibile per medium extraneum corpus. **N**on enim tactus et corpus in quo est humor quod est gustabile in humidio sicut in materia. **H**oc autem quiddam tangibile.

Distinctio philosophi determinavit de visibili et audibili et olfactibili: hic quarto determinat de gustabili: et dividit in partes duas. in prima determinat de gustabili in communi. in secunda de speciebus gustabilis. i. saporis. ibi. (Species autem.) Circa primam tria facit. primo inquirat an gustabile percipiat per medium. secundo ostendit quod percipiat per gustum: quia gustabile et non gustabile. ibi. (sicut autem.) tertio quale oportet esse organum sensus gustus. ibi. (quoniam autem humidum.) hec enim tria circa alios sensus tractavit. i. medium in quo sentitur: id quod sensu percipitur: et organum sensus: quod in gustu ut videtur oportet esse. Circa primam tria facit. primo ostendit quod gustabile non percipit per medium extraneum. secundo excludit quandam objectionem. ibi. (unde et si in aqua.) tertio ostendit quod requiratur ad hoc quod gustabile percipiat. ibi. (non autem facit.) Dicit ergo primo quod gustabile est quoddam tangibile. i. quod tactu discernitur: et hec est causa quare non sentitur per medium quod sit corpus extraneum: et dicit extraneum quod non est pars animalis: sentit enim sensibilia de quibus philosophus dicitur esse per aerem aut aquam que non sunt partes animalis sed tactus non sentit sui obiectum per medium extraneum sed per medium continentium. nam caro est medium in sensu tactus ut infra patebit et ideo cum gustus sit quiddam tactus: et gustabile sit quoddam tangibile non percipit gustabile per medium extraneum. quod autem gustabile sit quoddam tangibile ostendit per hoc quod humor. i. sapor quod est gustabile radicat in humido sicut in materia propria humidum. non est quoddam tangibile: unde manifestum est quod gustabile est quoddam tangibile. **S**ed si gustus est quiddam tactus videtur quod non debeat distingui a tactu cum species non dividatur ex opposito contra genus: et sic sequitur quod non sunt quatuor sensus: sed tamen quatuor. **S**ed dicitur quod gustus et tactus possunt considerari dupliciter. uno modo quantum ad modum sentiendi. et sic gustus est quiddam tactus. Nam in tangendo sunt obiectum percipit. Alio modo quantum ad obiectum tactus: sic se habet sensus gustus ad sensum tactus. **M**anifestum est autem quod sapor quod est obiectum gustus non est aliquid qualitatis de qualitatibus simpliciter corporum ex quibus animalia constituitur: que sunt propria obiecta sensus tactus: sed cadit ab eis et fundat in aliquo eorum sicut in materia. scilicet in humido. unde manifestum est quod gustus non est idem quod sensus tactus: sed quoddammodo radicat in eo. unde et consequenter de gustu distinguitur: quod potest accipi gustus potest esse discernitur sapor: et potest accipi ut est tactus quod potest ut discernit qualitates tangibiles. scilicet al. metrum: cuius sensus est tactus ut supra dictum est. **C**um philosophus dicit in tertio ethici. quod circa delectationes gustus potest accipi primo modo non est temperantia: sed solum potest esse tactus quidam.

Deinde cum dicit.

Unde et si in aqua essemus. sentirem utique appositum dulce. Non autem esset tunc nobis sensus per medium: sed in eo quod miscetur humido sicut in potu: color autem non sic videtur in eo quod miscetur:

neque de fluxionibus ut quod igitur medium nihil est: ut autem color visibile: sic gustabile humor est.

Excludit quandam objectionem. **M**anifestum est enim quod si aliquid corpus saporosum dissolubile per aquam in aqua ponatur: ut potest mel vel aliquid humorum: et nos essemus in aqua: quis distantes ab illo corpore saporoso: saporum tamen eius sentiremus in aqua et sic videtur quod gustus suscipiatur sicut obiectum per aquam quod est medium extraneum. **E**t ideo ad excludendum hanc objectionem concludit ex dictis: quod cum gustabile non percipiat per medium extraneum: sequitur quod si essemus in aqua sentiremus utique corpus dulce appositum in aqua distans a nobis. non tamen esset nobis sensus per medium: sed ex eo quod sapor ille permiscetur aqua humido: ut accidit in potu: puta cum permiscetur aqua vel vino mel vel aliquid humorum. ipsa enim aqua immutat naturam immutatio a corpore saporoso. unde gustus non percipit saporum corporis distantis ut est talis corporis sapor: nisi sicut quod aqua est immutata a tali corpore. Cuius signum est quod gustus non immutat ab aqua sic intense: sicut natus est immutari a sapore corporis distantis: eo quod sapor ille debilitatur per admixtionem aqua. **S**ed color non sic videtur per medium: quod corpus coloratum admisceatur medio aut aliquid eius de finat ad visum: ut democritus ponebat: sed per specialem immutationem medij. unde visus non percipit colores ut aeris vel ut aqua: sed ut corporis colorati distantis: et sicut eandem mensuram. **S**i ergo velimus comparare gustum ad visum nihil est quod sit medium in gustu: sicut illud quod est medium in visu. **S**ed sicut color est visibile. i. obiectum visus: sic humor. i. sapor est gustabile id est obiectum gustus.

Deinde cum dicit.

Non autem facit humoris sensum sine humiditate: sed habet actu aut potentia humiditatem ut salis: bene enim liquidum ipsum est et liquefactivum lingue.

Ostendit quod requiratur ad gustum ex quo medium non requiritur: et dicit quod nullum saporosum facit sensum sui humoris. i. saporis sine humiditate. **N**am sicut color sit actu visibilis per lumen: ita sapor sit actu gustabilis per humidum et propter hoc oportet quod gustabile vel actu habeat humiditatem aqueam sicut vinum vel aliquid humorum: aut sit potentia humectabile: sicut quod sumitur per modum cibi: et ideo oportet ut sit salina in ore que est bene liquida et liquefactiva lingue per quam ea que sumuntur humectantur: ut eorum sapor percipi possit.

Deinde cum dicit

Sicut autem visus sensibilis est et invisibilis tenebra autem invisibilis est: iudicat autem et ipsa visus. Ad hoc autem et valde splendidum est: etenim hoc invisibile est. alio autem modo a tenebra: Similiter autem et auditus sonus et filium: quorum aliud audibile: aliud non audibile et magni soni: sicut visus est splendidum. Sicut enim purus sonus inaudibilis quodam modo: sic et magnus et violenter. Invisibile autem aliud quod omnino dicitur: sicut et in aliis impossibile: aliud autem quantumvis aptum naturam non habet aut prave: sicut quod sine pedibus est: et sine gradu dicitur. Sic autem gustus gustabilis est et non gustabilis. Hoc autem est parvum aut pravi habes humorum: aut corruptivum gustus. Videtur autem principium esse potabile et non potabile. Gustus enim quodammodo ambo: sed hoc quod est ut pravi et corruptivum gustus. illud autem secundum naturam est autem commune tactus et gustus potabile.

Ostendit quod percipiat per gustum. et dicit quod sicut est de visu et auditu: sic est de gustu: visus enim cognoscit visibile et invisibile: ut supra dictum est. invisibile enim est tenebra de qua visus iudicat: et similiter illud quod est valde splendidum ut sol dicitur invisibile: sed alio modo quam tenebra. **N**am tenebra dicitur invisibile propter defectum luminis splendentis

L.101

Lec.20.

Ep.102

Co.102

*De gustu. hinc est
sicut dicitur in
qua dicitur in
de gustu. hinc est*

Secundus

Ad autem ppter abundantiam corruptentis sensum: et sicut auditus est audibilis. s. soni et non audibilis: ut silenti quod est privatio soni et non audibilis. i. soni male audibilis: quod vel ppter sui excellentiam corrumpit sensum: vel ppter sui pravitate non sufficenter sensum imutat. Sic et in omnibus quod sunt potentiam et ipotentiam dicunt. Nam impossibile est in omnibus aut quod non habet quod natum est habere: aut quod pravum habet: sicut non gressibile de animal: et quod pedum caret pedibus: et quod est claudum aut debile pedibus. Similiter autem et gustus est gustabilis et non gustabilis. si gustabile autem dicitur dupliciter: quod aut parum habet de sapore: aut malum saporum aut nimis violentum ad corrumpendum sensum. Et quod gustabile est humidum aquosum quod est potabile: et hoc est principium saporis. s. humidum aquosum videtur quod potabile et non potabile sit principium eorum quod gustu percipiunt. gustus. n. percipit ambo. sed unum ut pravum et corruptivum sensus. s. si potabile. aliud autem ut conveniens secundum naturam. s. potabile. sicut autem gustabile et non gustabile percipitur gustu prout gustus est quidam sensus discretus a tactu: ita potabile et non potabile percipitur a gustu prout gustus est quidam tactus. nam potabile est commune et tactus et gustus: tactus quidem inquantum est humidum: gustus autem inquantum est humidum saporabile. Manifestum est ergo quod delectationes que sunt in cibis et potibus inquantum sunt esibilia et potabilia: pertinent ad gustum inquantum est tactus quidam: ut dicitur in tertio ethi.

Deinde cum dicit.

Quoniam autem humidum quod est gustabile necesse sensitivum ipsius neque humidum esse actu neque impossibile fieri humidum. Patitur enim aliquid gustus a gustabili secundum quod gustabile est. Necessarium est ergo humectatum fore quod possibile humectari saluatum: non humidum autem gustativum sensitivum.

ostendit quale debeat esse instrumentum gustus. et primo ponit veritatem. secundo manifestat eam per signum. ibi. (signum autem.) Dicit ergo primo quod quod illud quod est gustabile oportet esse humidum et saporosum: necesse est organum gustus: neque esse humidum actu neque saporosum sed seipsum neque esse tale quod non possit fieri humidum: sicut instrumentum visus est quod non habet colore: sed est susceptivum coloris. et hoc id est quod gustus patitur aliquid a gustabili sed quod est gustabile. sicut quod libet sensus a sensibili. Unde cum gustabile inquantum gustabile sit humidum: necesse est quod organum gustus inquantum est in passum sit humectatum. et tamen saluatur in sua natura ut sit gustativum id est potens gustare cum possibile est humectari: non tamen est humidum actu.

Deinde cum dicit

Signum autem neque sic cum existentem linguam sentire: neque multum humidum: hic. n. tactus fit primi humidum: sicut cum aliquis qui ante gustavit fortem humorem gustet alterum: et ut laborantibus amara omnia videntur: propter id quod lingua plena huiusmodi humiditate sentit.

ostendit quod dixerat per signum dicens. quod signum predictorum est: quod neque lingua existens sicca potest sentire: neque ex his multum humidum quia cum existit valde humidum a precedente dominante humiditate. sic. n. fit in ea tactus et sensus precedentis humidum et non supveniens: sicut cum aliquis ante gustaverit aliquem fortem saporum: postea gustet alterum non percipiet ipsum: quia adhuc manet sensus primi humoris in lingua. Et. s. laborantibus. i. febricitantibus omnia videntur esse amara propter hoc quod sentiunt per linguam plenam humiditate huiusmodi. s. colera que est amara.

Deinde cum dicit.

Species autem humorum sicut et in coloribus

De anima

simplices quod contrarie sunt: sicut dulce et amarum. Habite autem sunt cum hac quod pingue: cum illa vero salitum: media autem horum acris et gusterum: et ponticum et acutum: fere enim habent videntur esse humorum differentie. Quare gustativum est potentia huiusmodi. Gustabile autem est factivum acris huiusmodi.

ostendit de speciebus saporum: et dicit quod sicut in coloribus simplices colores sunt contrarii: ut album nigro sic in saporibus simplices sunt contrarii: ut dulce et amarum: species autem saporum habite. i. immediate partes simplices species sunt pingue quod sequitur dulce: et salum quod sequitur amarum: media autem horum sunt acetosum et austere et ponticum et acutum: quod duo idem reducunt. Ad has autem septem species saporum fere videntur reduci omnes alie. Considerandum est autem circa has species quod quibus saporibus causatur a calido et frido et humido et sicco: et prima sunt quod maxime distant: non tamen sunt maximam distantiam calidi et frigidi et humidum et sicci: attenditur differentia in speciebus saporum: sed sunt in ordinem ad gustum prout natus est imitari a sapore: vel cum horrore vel cum suavitate. Unde non est necessarium quod dulce vel amarum sit maxime vel calidum vel frigidum vel humidum. vel sic. sed maxime se habeat in tali dispositione per quam preparat ad sensum gustus. De generatione autem saporum in libro de sensu et sensato determinat. Ultimo autem concludit quod gustativum. i. sensus gustus vel organum eius est in potentia ad saporum et species eius: gustabile autem est quod potest reducere ipsam de potentia in actum.

lectio vigesima secunda.

Et tangibili autem et tactu eadem ratio.

Si. n. tactus non est unus sensus sed plures: necessarium et tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem utrum plures sint aut unus: et quidem est sensitivum tangibile utrum caro et in aliis proportionale aut non: sed hoc quidem est medium: primum autem sensitivum aliud quiddam est intrinsecum.

ostendit determinavit philosophus de sensibilibus sunt alios sensus: hoc determinat ultimo de sensibili sunt tactum: quia tactus iter alios sensus videtur esse minus spiritualis sed sit omnium aliorum sensuum fundamentum. Dividitur autem hec pars in. d. p. in prima determinat quidam dubitationes circa sensum tactus. in secunda ostendit veritatem circa hunc sensum. ibi. (omnino autem videtur.) Circa primum. d. f. primo movet quodiones. secundo determinat eas. ibi. (omnino etenim sunt.) Dicit ergo primo quod quantum ad ea quod sunt ingreditur est: eadem ratio est sine loquimur de tangibili sine de tactu. quod. n. dicitur de uno: omnia dicitur de altero. quia si tactus non est unus sensus sed plures. necesse est quod tangibilia non sint unum genus sensibilibus: sed plura. Id autem dicitur quod intentio sua est primo determinare de sensibilibus: postmodum determinabit de sensu. Quod vero in his quod circa tangibile et tactum dicenda sunt circa sensus tactus quodiones inonebit propter hoc quod commodius potest pertractari quodiones iste circa tactum quod si moveantur circa tangibile. ideo hanc excusationem permittit ostendens quod non refert utrum de tactu vel tangibili loquimur: movet ergo duas quodiones circa tactum et tangibile. Quarum prima talis est: Utrum sint plures sensus tactus: an unus tantum. Secunda dubitatio est quod sit sensitivum. i. organum sentiendi in tactu. utrum. s. caro sit organum sensus tactus in animalibus huiusmodi carne quod sunt animalia huiusmodi sanguine: et in aliis quod carent sanguine aliquid proportionabiliter respondens carni. Aut non est ita: sed caro quod est illud quod proportionabiliter respondet est medium in sensu tactus. Sed primum organum sensus tactus est aliquid intrinsecum circa cor videtur dicitur in libro de sensu et sensato.

Deinde cum dicit.

Secundus

De anima

Co. 107.

Omnia etenim sensus unius contrarietatis esse videtur: ut visus albi et nigri: auditus grauis et acuti: gustus amari et dulcis. In tangibili autem multe sunt proprietates calidum, frigidum, humidum sicut, durum molle: et aliorum quaecumque sunt homini.

Determinat premissas dubitationes. et primo primas. secundo secundas. ibi. (vtrū at.) Circa primam tria facit. primo ostendit quod non est vnus sensus tactus sed plures. secundo soluit positam rationem. ibi. (habet autem solutionem.) tertio improbat solutionem. ibi. (sed quod sic.) Ratio autem quae primo ponit talis est. Visus enim vnus sensus videtur esse vnus proprietatis: sicut visus albi et nigri: auditus grauis et acuti: gustus amari et dulcis. sed in tangibili quod est obiectum tactus sunt multe contrarietates. scilicet calidum et frigidum. humidum et siccum. durum et molle et quaedam alia homini: ut graue et leue: acutum et hebes: et similia: ergo tactus non est vnus sensus sed plures.

Deinde cum dicit.

Co. 108.

Habet autem solutionem, quandam ad hanc dubitationem: et quod in aliis sensibus sunt contrarietates plures: ut in voce non solum acumen et grauitas. sed et magnitudo et paruitas: et leuitas: et asperitas vocis: et similia alia. Sunt autem et circa colorem differentie huiusmodi altere.

Donec quandam apparentem solutionem ad predictam dubitationem: et dicit quod aliquis potest habere solutionem ad predictam dubitationem: per hoc quod in aliis sensibus videtur esse plures proprietates: sicut in auditu. Nam circa vocem audibilem non solum potest attendi proprietates acuti et grauis: sed etiam magnitudo et paruitas vocis: et lenitas et asperitas eius: et alia similia. Et sicut circa colorem potest inueniri aliae differentie praeter proprietatem albi et nigri: sicut quod aliquis color est intensus et alius remissus: aliquis pulcher: et aliquis turpis: et tamen per hoc non tollitur quin auditus sit vnus sensus et sicut visus. vnde multiplex contrarietas tangibilium non videtur impedire: quod vnus tactus sit vnus sensus.

Deinde cum dicit.

Co. 7.

Sed quod sit vnus subiectum sicut auditui sonus sic tactui non est manifestum.

Excludit positam solutionem. et dicit quod omnium proprietatum quae sunt circa audibilia est vnus subiectum. scilicet sonus: et sicut color circa visibilia: sic non potest inueniri aliquid vnus quod sit eorum subiectum omnium proprietatum quae sunt circa tangibilia: et propter hoc non videtur esse vnus genus tangibilium. vnde neque vnus sensus tactus. Ad euidenciam autem eorum quae hic dicuntur considerare oportet: quod distinctio potentiarum et obiectorum proportionabilis est. vnde cum vnus sensus sit vna potentia: oportet quod ei sensibile correspondens sit vnus genus: ostensum est autem in x. meta. quod in vno genere est vna prima contrarietas. Unde oportet quod circa obiectum vnus sensus attendatur tantum vna prima contrarietas. Et ideo hic dicit philosophus quod vnus sensus est vnus proprietatis. potest tamen in vno genere esse plures proprietates post primam: vnde per modum subdiuisionis: sicut in genere corporum. prima proprietates est animati et inanimati. et quia animatum corpus diuiditur per sensibile et in sensibile: et ulterius sensibile per rationale et irrationale: multiplicantur proprietates in genere corporis: vel sunt plures proprietates vnus generis per accidens: sicut in genere corporis est proprietates albi et nigri: et secundum omnia quae corpori accidere possunt. Et per hunc modum intelligendum est: quod circa sonum et vocem praeter primam proprietatem grauis et acuti quae est per se: sunt aliae proprietates quasi per accidens. In genere autem tangibilium sunt plures primae proprietates per se: quae tamen omnes quodammodo reducuntur ad vnus subiectum et quodammodo non potest. n. vno modo accipi subiectum proprietatis ipsius genus quod paratur ad differentias contrarias: sicut potentia ad actum. Alio modo potest accipi subiectum proprietatum subiecta quae est subiectum generis cuius sunt contrarietates: sicut si dicamus quod corpus coloratum est subiectum albi et nigri. Si igitur loquamur de subiec-

to quod est genus. manifestum est quod non est idem subiectum omnium qualitatum tangibilium. si autem loquamur de subiecto quae est subiecta: vnus subiectum est omnium eorum. scilicet corpus pertinens ad consistentiam animalem. vnde. j. dicit philosophus: quod tangibiles qualitates sunt corporis secundum quod est corpus quibus. scilicet elementa corporis distinguuntur ab inuicem. horum. n. est sensus tactus discretius qui ad consistentiam corporis animalem pertinent. vnde de formaliter loquendo et secundum rationem: sensus tactus non est vnus sensus: sed plures: subiectum autem est vnus.

Deinde cum dicit.

Utrum autem est sensituum intus aut non: sic motus caro: pullum videtur esse signum fieri sensum simul cum tactu. Et enim nunc si aliquid circa carnem extenderit ut pellis faciens similiter sensum motus tactum insinuat: et tamen constat quod non est in hoc sensituum. Si autem et cum naturale fuerit: citius vtriusque praeiungit sensus.

Derivat secundam questionem: et circa hoc duo facit. primo docet veritatem. secundo concludit quoddam quod pertinet ad manifestationem prime questionis. ibi. (propter quod talis pars) Circa primam sciendum est quod posset alicui videri: quod caro esset organum sentiendi secundum tactum hac ratione: quia statim ad tactum carnis sentimus tangibilia. Dicit ergo ad excludendum hanc rationem quod ad indicandum vtriusque organum tactus sit intus vel non: sed statim caro sit organum tactus: non videtur esse sufficiens signum hoc quod si cum caro tangit sit sensus tangibilis. id est sentit: quia et nunc si aliquis supra carnem extenderet aliquam pelliculam aut telam subtiliorem: statim ad tactum ipsius quod superextenderet carni sentiret tangibile: sed tamen constat quod organum sensus tactus non esset in illa pelle superextensa. et iterum manifestum est: quod si illa pellicula superextensa fieret naturalis homini citius per eam sentiret. vnde licet ad tactum carnis quae est hominis naturalis statim tangibile sentiat: non tamen sequitur quod caro sit organum tactus: sed est quoddam medium connaturale.

Deinde cum dicit.

Propter quod talis pars corporis videtur sic se habere sicut si circulariter nobis apertus natus esset aer. Videremur enim vno quodam sentire et sonum et odorem et colorem: et vnus quidem sensus esse auditus et visus et olfactus. Nunc autem quoniam determinatum est per quod sunt motus manifesta sunt predicta sensitua altera esse. In tactu autem hoc quidem nunc inmanifestum est. Ex aere quidem enim aut aqua impossibile est constare animatum corpus: oportet enim firmum esse. Relinquitur autem mixtum ex terra et ex his esse ut vult caro et proportionale. Quare necessarium est et corpus esse quod medium tactui aptum natum per quod fiant sensus cum sint plures.

Concludit quoddam quod valet ad manifestationem prime questionis: et dicit quod quia caro est sicut medium connaturale in sensu tactus: videtur quod haec pars corporis sic se habeat ad sensum tactus: sicut si aer qui est circa nos esset connaturalis nobis: videretur enim tunc quod aer ille esset organum in visu: auditu: et olfactu: quod sit medium: et ita videremur vno organo sentire sonum: et odorem et colorem: et per consequens videretur esse vnus sensus auditus: visus: et olfactus. Sed nunc quia medium per quod sunt motus dictorum sensibilium est (determinatum) id est distinctum a nobis: manifestum est quod non est organum: et ita manifestum est: quod diuersa sunt organa trinus sensuum dictorum: et per consequens quod sunt diuersi sensus: sed in tactu hoc non est manifestum: quia medium est connaturale nobis. Et huius diuersitatis rationem assignat. aer enim et aqua quae sunt media aliorum sensuum: non potest esse

propter quod videtur ad completandum hanc dubitationem primam questionem

Secundus

comaturalia nobis: quia impossibile est quod ex aere puro et ex aqua pura consistat animatum corpus cuius enim sint corpora humida et fluxibilia non sunt firma neque bene terminabilia in seipsis. sed solum termino alieno: corpus autem animatum oportet esse firmum et in se terminatum. unde oportet quod si mixtum ex terra et aere et aqua: sicut vult se habere id est sicut exigit caro in animalibus habentibus carnes: et illud quod proportionabile est in animalibus non habentibus carnem et si illud corpus quod est medium in tactu scilicet caro: potest esse adunatum id est naturaliter unitum tactui: ita quod per ipsum sicut per medium connaturalia fiant plures sensus tactus

¶ Deinde cuius dicit.

Demonstrat autem quod plures sunt qui in lingua tactus. Omnia enim tangibilia sentit secundum eandem partem et humoris: si quidem igitur et alia caro sentiret humoris: videretur unus et idem esse sensus gustus et tactus: nunc autem sunt duo: propter id quod non convertitur.

¶ Ponit quoddam aliud ad idem manifestandum. et dicit quod hoc idem demonstratur per hoc quod in lingua sunt plures tactus. sentimus enim per linguam omnia tangibilia: que sentimus per alias partes corporis. et ulterius per ipsam sentimus (humores) id est saporem quem non sentimus per aliquam aliam partem corporis. Si autem alia caro sentiret saporis: discernereimus inter gustum et tactum: sicut nunc non discernimus inter tactum qui est discretivus calidi et frigidi et tactum qui est discretivus humidum et siccum. Sed nunc apparet quod gustus et tactus sine duo sensus quia non convertuntur invicem: non enim per quoscumque partem fit sensus tactus fit et gustus. Ratio autem quare non per quancumque partem fit gustus per quam fit tactus est quia saporis non sunt qualitates elementorum ex quibus corpus animalis constat. unde nec pertinent ad persistentias animalis: sicut qualitates tangibiles.

¶ Lectio vigesima tertia.

Abitabit autem aliquis: si omne corpus profundum habet. Nec autem est tertia magnitudo quorum autem corporum medium est aliquod corpus non contingit ipsa ad invicem se tangere. humidum autem non est sine corpore neque humectatum. Sed necesse est aqua esse aut habere aquam. que vero tanguntur ad invicem in aqua: non sicca extrema sine necesse est aquas habere medium quo repleta sint ultima. si autem hoc verum impossibile est tangere aliquid aliud in aqua. Eodem autem modo est et in aere. Similiter enim se habet aer ad ea que sunt in ipso. et aqua ad ea que sunt in aqua: latet autem magis nos: sicut et que sunt in aqua animalia: si humectatum tangit humectatum.

¶ Stenlo quod in sensu tactus requiritur medium naturale: si igitur plures vix raturatur in eo medium extraneum: Et circa hoc dicitur. primo ostendit quod tactus non fit sine medio extraneo. secundo ostendit in quo differant tactus et gustus ab aliis sensibus quod per medium extraneum sentiunt. ibi. (vix igitur). ¶ Dicit ergo primo quod circa tactum potest aliquis dubitare vtrius. scilicet habeat medium extraneum: cuius ostensum sit quod habeat medium naturale. et ista dubitatio procedit si omne corpus habet profundum quod est tertia dimensio. manifestum est enim omne corpus tres dimensiones habere scilicet longitudinem: latitudinem: et profun-

De anima

ditatem. Ex quo sequitur quod inter quoscumque corpora est aliquid quod corpus medium. ipsa non tangunt se invicem immediate. distant enim ab invicem ex quo aliquid dimensio est inter ea. manifestum est et quod ubique est medium humidum vel humectatum: oportet esse aliquod corpus. humiditas enim cuius fit qualitas quodammodo non est nisi in subiecto corpore. Aut igitur inest alteri corpori secundum seipsum: et tunc est humidum sicut aqua: aut habet humiditatem secundum aliquid corpus sibi adveniens: et sic dicitur humectatum ex hoc quod habet aquam in superficie tantum: vel in superficie et profundo. Et hoc est quod dicitur quod necesse est omne corpus humidum vel humectatum esse aquam: aut habere aquam. manifestum est autem quod corpora que tanguntur in aqua ad invicem: necesse est quod habeant iter se aquam medium: qua repleta sunt ultima eorum: nisi forte dicatur quod sunt sicca in aqua existentia: quod est impossibile. necesse est enim quod ea que in aqua sunt sint humectata: ita quod habeant aquam in superficie: et sic relinquuntur quod iter duo tanguntur se in aqua sit aqua medium: et si hoc verum est. sequitur quod impossibile sit quod aliquod corpus tangat aliud in aqua immediate. Et sicut eodem modo se habet de aere quod est humidus naturaliter sicut et aqua. sicut enim se habet aer ad humectanda ea que sunt in aere: sicut se habet aqua ad humectanda ea que sunt in aqua: sed magis latet nos de aere quod sit medium quod de aqua: propter hoc quod continue sumus in aere: et sic imperceptibiliter inheret nobis. Et sicut animalia que sunt in aqua latet si duo corpora humectata per aquam se tangant. quia enim continue sunt in aqua non percipiunt aquam que est inter ipsa et corpora tanguntur. Est autem et alia ratio: quare magis latet nos de aere quod de aqua: quia aer est subtilior: et minus sensu perceptibilis. relinquuntur ergo quod semper quando tangimus aliquid est medium inter nos et res contactas aer vel aqua. ¶ Sed dubitatio hoc accidit. oportet enim illud quod est medium in aliquo sensu esse denuodatum a qualitatibus sensibilibus secundum illam sensum: sicut diaphanum nullum habet coloris. manifestum est autem quod aer et aqua habent tangibiles qualitates: non igitur mediantibus eis potest fieri sensus tactus. ¶ Respondet autem ad hoc averrois: quod nos non patimur a puro aere vel aqua. nihil enim patitur nisi a suo contrario secundum principium passionis. aer autem et aqua non contrariantur nobis sed sunt nobis similia. comparantur enim ad nos sicut locus ad locatum. vnde tactus noster non patitur a qualitatibus aeris vel aque: sed ab extraneis qualitatibus. quod enim sentitur de qualitatibus tangibilibus in aere et in aqua est de amixtione extraneorum corporum ut ipse dicit: quia sicut ignis nuncquid amittit calorem suum: ita nec aqua amittit suam qualitatem: sed quod aliquando sentimus calidam habet est ex permixtione extranei. ¶ In hac autem responsione est multiplex error. primo quidem in hoc quod dicitur quod corpora nostra non patiuntur ab aere vel aqua que sunt similia nobis. sicut locus locato. manifestum est enim quod corpora nostra sortiuntur locum naturale: sicut et motum naturalem ex natura elementi predominantis. non ergo aliter comparantur ad locum et ad corpora continentia corpora nostra: quod ipsa est locata ad elementa locata. etiam autem in suis extremitatibus se alterant: ut patet per plures in primo meteororum. corpus ergo nostrum ab elementis natum est alterari. Item omne quod est in potentia natum est pati ab eo quod est in actu. corpora autem nostra cuius sunt in quadam medietate constituta inter extremitates tangibilium qualitatuum que sunt in elementis: habent se ad qualitates elementares: ut potentia ad actum. medium enim est in potentia ad extrema: ut infra dicitur. manifestum est igitur quod corpora nostra nata sunt immutari a qualitatibus elementorum et sentire eas. provenit ergo hic error ex eo quod nesciunt distinguere inter elementa secundum quod sunt sibi invicem contraria: et secundum quod sunt se continentia et sibi similia: ut locus locato. ¶ Dicendum est igitur quod elementa possunt dupliciter considerari. uno modo secundum qualitates activas et passivas: et sic contrariantur ad invicem: et se invicem immutant in suis extremis. alio modo secundum formas substantiales que deservuntur ex impressione corporis celestis. vnde quanto corpus elementare est propinquius corpori celesti: tanto plus habet de forma: et quia ad formam pertinet continere: et quod se habeat in ratione totius: ideo est quod corpus superius continet inferius: et comparat

ad ipsum sicut totum ad partem diuisam: que est spatio loci ad locatum. vñ et vis locatis et continentis derivatur ad elementa ex primo continenti. s. corpore celesti. et propter hoc locus et motus localis non attribuntur elementis secundum qualitates actiuas et passiuas: sed consequuntur formas substantiales elementorum. Alius error est in hoc quod dicitur quod aqua et aer non alterantur nisi per amixtionem extranei: manifestum est. n. quod aer et aqua secundum partes sunt corruptibilia. Corruptio autem et generatio in elementis potest fieri sine mixture: et sequitur alterationem: ut patet in li. de generatione. unde manifestum est quod adhuc durante specie aque potest immutari aqua a sua naturali qualitate ab aliquo amixtione extranei. ignis autem cum sit formalior est magis actiuus inter elementa: quod omnia comparantur ad ipsum sicut materialia. ut dicitur in quarto meteo. vñ non est simile de ipso et de aliis. **Deinde cum dicitur** quod aer et aqua sunt facile mutabilia ab extraneis qualitatibus: et precipue quoniam sunt modice quantitatis: sicut accidit in aqua vel aere quod sunt inter alia duo corpora se tangentia propter hoc non impeditur sensus tactus quin per medium aerem et aquam fieri possit. et minus est impletur aer quam aqua: quod aer habet qualitates tangibiles partem sensibiles. unde si intendat qualitates tangibiles aeris vel aqua: magis impeditur tactus: utpote cum aer vel aqua intensam frigiditatem vel caliditatem habuerit.

Le. 2.

Deinde cum dicit.

Co. 114.

Utrum igitur omnium similiter sit sensus an aliorum aliter sicut nunc videtur: gustus quidem et tactus in tangendo: alii autem a longe. hoc autem non est: sed durum et molle per altera sentimus: sicut et sonabile et visibile et odorabile: sed alia quidem a longe: alia vero a prope: propter quod later: quoniam omnia quod sentimus per medium: Sed in his later: et quidem sicut diximus prius et si per pellem sentiremus omnia tangibilia ignorato quoniam prohibet: similiter utriusque haberemus: sicut et nunc et in aqua et in aere: putamus. n. nunc ipsa tangere: et nihil esse per medium.

ostendit differentiam inter tactum et gustum: et alios sensus. Et primo excludit quandam differentiam extimatas. Secundo ponit differentiam veram. ibi. (sed differet.) Dicit ergo primo quod ex quo tactus habet medium extraneum considerandum est utrum omnium sensibilia fiat sicut sensus: aut diuersorum diuersimode sicut in promptu videtur hic esse differentia quod gustus et tactus sentiuntur ex eo quod immediate tangant. alii autem sensus sentiuntur de longe sua sensibilia non tangendo ipsa: sed hoc non est verum quod sic differat: sed durum et molle et alias qualitates tangibiles sentiuntur (per altera). i. per media extranea: sicut et obiecta aliorum sensuum: sicut sonabile visibile et odorabile. Sed ista sensibilia sunt a longe quoniam a sensu. gustabilia autem et tangibilia sunt de prope: in tantum quod medium est quasi imperceptibile propter paruitatem: et ideo medium later. omnia. n. sensibilia sentimus per medium extraneum: sed in gustabilibus et tangibilibus later: quod sicut prius diximus si per aliquam pellem nobis circumpositam omnia tangibilia sentiremus ignorato quod aliquid esset prohibens. Sicut nos habemus ad sentiendum per medium: sicut et nunc nos habemus sentientes in aqua et in aere. putamus. n. nunc quod tangamus sensibilia ipsa et nihil sit medium.

Deinde cum dicit.

Le. 115.

Sed differt tangibile a visibilibus et sonantibus: quoniam illa quidem sentimus: ex eo quod medium mouet aliquid nos: tangibilia vero non a medio: sed simul cum medio: sicut per clipeum percussus: non. n. clipeus percussus prius percussus: sed simul accidit utraque percussio.

Exclusa falsa differentia ponit veram. et dicit quod tangibi-

lia differunt a visibilibus et sonantibus ex eo quod illa sensibilia sentimus per hoc quod mouent medium: et iterum medium mouet nos: sed tangibilia sentimus per medium extraneum non quod motus a medio extraneo: sed sicut cum medio mouentur a sensibili: sicut per de eo quod percussus per clipeum: non. n. accidit sic quod clipeus percussus percussus. sed quod simul accidit utrumque percussio. **Deinde autem hoc dicitur** (simul). non est intelligendum secundum ordinem temporis: quod est in visu sicut mouet medium ab obiecto: et sensus a medio. fit enim visio sine successione: perceptio autem soni et odoris cum successione aliqua ut in li. de sensu et sensato dicitur: sed hoc referendum est ad ordinem cause. in aliis enim sensibus immutatio medium est causa quod immutet sensus: non autem in tactu. nam in aliis sensibus medium est ex necessitate: in tactu autem. quod per accidens: in quantum accidit corpora se tangentia esse humectata.

Deinde cum dicit.

Omnino autem videtur caro et lingua: sicut aqua et aer ad visum et auditum et olfactum se habent sic se habere ad sensuum sicut illorum unumquodque: ipso autem sensuum tacto neque ibi neque hic fiet utriusque sensus: ut si quis ponat corpus album in oculum ultimum. Quare et manifestum quod intus sit tangibilis sensuum: sic. n. utriusque accidit quod quidem in aliis. Apposita. n. super sensuum non sentiunt: super autem carnes posita sentiunt: quare medium tactui caro.

Determinat de sensu tactus secundum veritatem: et primo quantum ad medium. secundo quantum ad qualitatem organi. ibi. (tangibilis quidem.) Tertio quantum ad obiectum quod percipit sensum. ibi. (camp. aut.) dicit ergo primo quod ita ut se habere caro et lingua ad organum sensuum tactus: sicut se habet aer et aqua ad organum visus auditus et olfactus. in nullo enim istorum sensuum potest fieri sensus si tangat organum: ut si quis ponat aliquid corpus album in superficie oculi non videt: vñ manifestum est quod organum sensuum in sensu tactus sit intus: sic. n. accidit in hoc sensu sicut et in aliis. non enim sentiuntur alia sensibilia apposita super organum sensuum: sentiuntur autem sensibilia posita super carnes: quare manifestum est quod caro non est organum sensuum sed medium.

Deinde cum dicit.

Tangibiles quidem igitur sunt differentie corporis secundum quod corpus. Dico autem differentias quibus elementa determinant calidum frigidum: humidum: siccum: de quibus prius dictum est in his quod de elementis. Sensuum autem ipsarum quod tactuum: et in quo sensus vocatus tactus est primo: quod potentia huiusmodi pars est. Sentire. n. pati quoddam est. Quare faciens quale ipsum actu huiusmodi illud facit: cum sit potentia. Unde similiter calidum et frigidum aut durum et molle non sentimus: sed excellentias tanquam sensu velut medicata quadam existente eius que in sensibilibus contrarietatis. Et propter hoc discernuntur sensuum sensibilia: medium enim discretum est. Sit. n. ad utrumque ipsorum alterum vltimorum. Et oportet sicut debet sentire album et nigrum neutrum ipsorum debere esse actu potentia vero utrumque: sic autem et in aliis: et in tactu neque calidum neque frigidum.

ostendit quod sit organum tactus: et dicit quod tangibiles qualitates sunt differentie corporis secundum quod est corpus. i. differentie quod elementa distinguunt ab inuicem. s. calidum. frigidum. humidum. et sic. de quod

bus dictum est in his que sunt de elementis id est i libro de generatione et corruptione. Manifestum est autem quod organum tactus et in quo primo fundatur sensus qui dicitur tactus: est quedam pars que est in potentia ad huiusmodi qualitates. organum enim sensus patitur a sensibili: quod sentire est pati quoddam: unde sensibile quod est agens: facit ipsum esse tale in actu quale est sensibile: cum sit in potentia ad hoc. Et propter hoc organum tactus non sentit illam qualitates secundum quam est in actu. si enim sentimus id quod est calidum aut frigidum: durum aut molle: secundum illum modum quo hoc ipsum organum tactus: sed sentimus excellentias tangibilium: quasi organo tactus constituto in aliqua medietate inter contrarias tangibiles qualitates. et propter hoc organum tactus discernit extrema tangibilium. medium enim est discretum: extremorum potest enim pati ab utroque extremorum eo quod dum comparatur ad unum se habet in ratione alterius: sicut tepidum in comparatione ad calidum est frigidum. In comparatione ad frigidum est calidum. unde medium patitur ab utroque extremorum: cum sit quodammodo utriusque contrarium. Et oportet quod sicut organum quod debet sentire album et nigrum: neutrum ipsorum habet actu. sed utrumque in potentia: et eodem modo in aliis sensibus: sic etiam se habeat in sensu tactus: ut scilicet organum neque sit calidum neque frigidum actu: sed potentia utriusque. Aliter tamen accidit hoc circa tactum: et circa alios sensus. Nam in visu organum visus est in potentia ad album et nigrum denudatum a toto genere albi et nigri. est enim penitus carens colore sed organum et medium tactus non potest denudari a toto genere calidi et frigidi humidum et siccum: componitur enim ex elementis quorum he sunt proprie qualitates: et sic sit in potentia organum tactus ad sua obiecta in quantum est medium inter contraria. medium enim est in potentia ad extrema: et propter hoc quanto animal habet complexionem magis redactam ad medium: tanto habet meliorem tactum: unde homo inter omnia animalia est melioris tactus: ut supra dictum est.

Deinde cum dicitur.

Amplius autem sicut visibilis et invisibilis erat quodammodo visus: Similiter autem et reliqui oppositorum: sic et tactus et tangibilis et intangibilis. Intangibile autem parvam omnino habens differentiam tangibilium: ut passus est aer. Et tangibilium excellentie sicut corruptiva. Secundum quidem igitur unumquemque sensum dictum est figurative.

Determinat de eo quod percipitur per tactum et dicit quod sicut est visus quodammodo visibilis et invisibilis sicut alii sensus sunt oppositorum ut auditus soni et silentii: sic et tactus est tangibilis et intangibilis. Intangibile autem dicitur dupliciter: aut illud quod habet excellentiam ita quod corrumpit sensum sicut ignis: aut illud quod habet parvam de qualitate tangibili sicut aer: utrumque enim dicitur intangibile quasi male perceptibile sensu tactus. Ultimo autem quasi epilogando concludit quod figurative in quadam summa dictum est de sensibilibus secundum unum quemque sensum: de eis enim specialiter in libro de sensu et sensato determinatur.

Lectio vigesimaquarta.

Oportet autem univ ersaliter de omni sensu accipere. quoniam sensus est susceptivus specierum sine materia: ut cera anuli sine ferro et auro recipit signum. Accipit autem aureum aut eneum signum: sed non in quantum aurum aut es. Similiter autem et sensus uniuscuiusque ab habente colorem aut

humorem aut sonum patitur: sed non in quantum unumquodque illorum dicitur: sed in quantum homini est: et secundum rationem.

Philosophus in parte precedenti determinavit de sensibilibus secundum unumquemque sensum: hic determinat de sensu. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit sensus. Secundo concludit solutionem quarundam questionum ex diffinitione sensus positam ibi. (manifestum autem ex his et c.) Tertio movet quedam dubitationes circa passionem a sensibilibus. ibi. (dubitabitur autem.) Circa primum. d. f. primo ostendit quid sit sensus. secundo ostendit quid sit organum sensus. ibi. (sensitivum autem.)

Dicit ergo primo quod hoc accipere univ ersaliter et communitate omni sensui inesse: quod sensus est susceptivus specierum sine materia: sicut cera recipit signum anuli sine ferro et auro. Sed hoc videtur esse commune omni patienti: omne enim patiens recipit aliquid ab agente: sed hoc est agens agens aut agit per suam formam: et non per suam materiam: omne igitur patiens recipit formam sine materia. Et hoc etiam ad sensum apparet: non enim aer recipit ab igne agente materiam eius sed formam. non igitur videtur hoc proprium esse sensus: quod sit receptivus specierum sine materia. Dicendum igitur quod licet hoc sit commune omni patienti quod recipiat formam ab agente: differentia tamen est in modo recipiendi: nam forma que in patiente recipitur ab agente: quandoque quidem habet eundem modum essendi in patiente quem habet in agente: et hoc quidem contingit quando patientis habet eandem dispositionem ad formam quam habet agens. unumquemque quidem recipitur in altero: sed modum recipiendi recipitur. Unde si eodem modo disponatur patientis sicut agens eodem modo recipitur forma in patiente sicut erat in agente: et tunc non recipitur forma sine materia. licet enim illa et eadem materia numero que est agentis non fiat patientis: fit tamen quodammodo eadem in quantum similem dispositionem materialem ad formam acquirit ei que erat in agente. et hoc modo aer patitur ab igne: et quicquid patitur passione naturali. Quandoque vero forma recipitur in patiente sed alio modo essendi: quam sit in agente. quia dispositio materialis patientis ad recipiendum non est similis dispositioni materiali que est in agente. et ideo forma recipitur in patiente sine materia: in quantum patientis assimilatur agenti secundum formam et non secundum materiam: et per hunc modum sensus recipit formam sine materia: quia alterius modi esse habet forma in sensu: et in re sensibili. nam in re sensibili habet esse naturale: in sensu autem habet esse intentionale et spirituale. Et ponitur convenienter exemplum de sigillo et cera: non enim eadem dispositio est cere ad imaginem que erat in ferro et auro. Et ideo subiungit quod cera accipit signum id est imaginem siue figuram auream aut eneam: sed non in quantum est aurum aut es. Assimilatur enim cera auro sigillo quantum ad imaginem: sed non quantum ad dispositionem auri. Et similiter sensus patitur a sensibili habente colorem aut humorem. id est saporem aut sonum: sed non in quantum unumquodque illorum dicitur: id est non patitur a lapide colorato in quantum lapis neque a melle dulci in quantum mel: quia in sensu non fit similis dispositio ad formam que est in subiectis illis: sed patitur ab eis in quantum huiusmodi vel in quantum coloratum vel saporosum: vel secundum rationem id est secundum formam: assimilatur enim sensus sensibili secundum formam: sed non secundum dispositionem materie. Deinde cum dicit.

Sensitivum autem primum est in quo homini potentia. Est quidem igitur idem sed esse alterum est. Magnitudo quidem enim quedam erit: quod sensus patitur. Non tamen sensitivum esse neque sensus magnitudo est: sed ratio quedam et potentia illius.

Secundus

Determinat de organis sensus: qz enim dixerat qd sensus est susceptivus specierum sine materia: qd est intellectui convenit. posset aliquis credere qd sensus non esset potentia in corpore sicut nec intellectus. Et ideo ad hoc excludendum assignat ei organum: et dicit qd primum sensitivum id est primum organum sensus est in quo est potentia huiusmodi: que. s. est susceptiva specierum sine materia. organum enim sensus cum potentia ipsa vtruta oculus est idem subiecto: sed esse aliud est: qz ratione differt potentia a corpore. potentia enim est quasi forma organi: vt supra traditum est. Et ideo subdit qd (magnitudo). i. organum corporeum est (qd sensum patitur). i. quod est susceptivum sensus sicut materia forme: non tñ est eadem ratio magnitudinis et sensitivi sine sensus: sed sensus (est qdas ratio). i. proportio et forma et potentia illius. s. magnitudinis.

1 ec. 2.

L o. 124

Deinde cum dicit. **M**anifestum autem ex his: et propter qd sensibiliu excellentie corrupunt sensitiva. si naqz sit fortior sensitivo motus. solvitur ratio: hoc autem erat sensus sicut et symphonia et tonus percussis fortiter chordis: Et propter quid plante non sentiunt habentes quandam partem animale: et patientes a tangibilibus. Et namqz frigescent et calefcent. Causa enim non habere medietatem neqz hmoi principium possibile recipere species sensibiliu: sed pati cum materia.

Ex premissis concludit solutione quandam duoru qui possent queri et dicit qd manifestum est ex predictis: propter quid excellentiam sensibiliu corrupat organa sensuum. oportet enim in organis sentiendi ad h qd sentiat esse (quandam rationem). i. proportionem vt dictum est. Si ergo motus sensibilis fuerit fortior qz organu nature sit pati: solvitur proportio et corrumpit sensus q consistit in qdam proportione organi vt dictum est. Et est simile sicut cum aliquis fortiter percutit chordas: solvitur symphonia et tonus instrumenti qui in quadam proportione consistit. Manifesta est etiam ex predictis ratio alterius qz rationis (propter quid). s. plante non sentiunt: cum tamen habeant quandam partem anime: et patientur a quibusdam sensibilibus. s. a tangibilibus. Manifestum est enim qd calefcent et infrigidantur. Causa igitur quare non sentiunt est: qz non est in eis illa proportio que requiritur ad sentiendam. non enim habent medietatem in complexionem inter tangibilia q requiritur ad organum tactus: sine quo nullus sensus esse potest: et ideo non habent in se huiusmodi principiu quod potest recipere species sine (materia). s. sensum: sed accidit ei pati cum materia. s. hz materialem transmutationem.

Deinde cum dicit.

Dubitabit autem aliquis: si patiatur aliqd ab odore. qd impossibile est olfactum habere: aut a calore non possibile videre. Similiter at et in aliis.

1 ec. 125.

Adouet quandam dubitationem circa passionem a sensibilibus: qz enim dixerat qd plante patientur a sensibilibus primo mouet dubitationem vtru ab aliis sensibilibus aliqd posset pati qd non habet sensum: puta ab odore: qd non habet olfactum: a calore qd non habet visum: a sono quod non habet auditum.

Secundo ibi.

Si autem olfactibile odor: si aliquid facit olfactum: odor facit. Quare impossibile olfactum habere nihil possibile pati ab odore. Eadem autem ratio et in aliis neqz possibili: sed

De anima

inquantum vnunquodqz sensitivum.

Inducit duas rationes ad ostendendum qd non. quarum prima talis est: qz proprium olfactibile est facere olfactum. odor autem facit olfactibile: ergo si aliqd facit olfactum: facit h per odorem: vel fm aliam litteram odor facit: propria igitur actio odoris inquantum odor est qd facit olfactum siue facere: ex quo sequitur qd suscipiens actionem odoris inquantum odor: hz sensus olfactus: quod ergo non habet sensum olfactus non potest pati ab odore: et eadem ratio videtur de aliis qd non sit quouscuqz posse pati a sensibilibus: sed solum habentium sensum.

Secundam rationem ponit ibi.

Simul autem manifestum est et sic: neqz n. lumen et tenebra neqz sonus neqz odor nullu facit in corpora: sed in quibus est: vt aer qui cumqz tonitru scindit lignum.

Et dicit qd hoc qd prima ratio concludit: manifestum est per experimentum: qz lumen et tenebra et odor et sonus nullum effectum faciunt in corpora insensibilia: nisi forte per accidens inquantum corpora habentia huiusmodi qualitates aliquid agunt sicut aer qui quando est tonitruum scindit lignum. lignum enim patitur non a sono per se loquendo: sed ab aere moto.

Tertio ibi.

Sed tangibilia et humores faciunt. Si enim non: a quo vtriqz patientur animata et alterabuntur.

Ostendit aliter esse de qualitatibus tangibilibus: et dicit qd (tangibilia et humores). i. saporis faciunt quandam effectum in sensibilibus: sed hoc intelligendum est de saporibus: non inquantum saporis sunt: sed inquantum gustabile est quoddam tangibile et gustus est quidam tactus. Si enim corpora insensibilia non paterentur a qualitatibus sensibilibus non esset ponere a quo paterentur et alterarentur corpora inanimata: nam tangibilia sunt qualitates actiue et passiue elementorum fm quas accidit vltiter alteratio in corporibus.

Quarto ibi.

Ergo ne et illa faciunt: aut non omne corpus passivum ab odore et sono et patientia indeterminata non manent vt aer. Ferent enim sicut patientis aliquid.

Ostendit etiam qd alia sensibilia agunt in qdam res inanimatas: hz non in oes dicens: (ergo ne et illa). s. sensibilia alia: faciunt aliquem effectum et olfactum in res inanimatas. q. d. sic: sed tñ non ois corpus passivum est ab odore et sono sicut omne corpus passivum est a calore et frigore. Sed ab istis sensibilibus pati possunt sola corpora indeterminata: et que non manent vt aer et aqua que sunt humida et non bene determinabilia termino proprio et qd aer possit pati ab odore manifestum est qz aer feret sicut aliquid patientis ab odore: alia littera habet (feret) qz scz mediam aliis sensibilibus deserunt species ad sensum. ratio autem hmoi diuersitatis est: qz qualitates tangibiles sunt cause aliorum sensibiliu: et ideo habent plus de virtute actiua: et pnt agere in quouscuqz corpora: sed alia sensibilia que habent minus de virtute actiua: non possunt agere nisi in corpora valde passibilia. Et filis etiam ratio est de luce corporum celestium que alterant inferiora corpora.

Quinto ibi.

Quid igitur est odorare preter pati aliquid aut odore sentire est. Aer autem patientis hoc mor sensibilis sit.

Solvit rationem supra positam dicens: qz si aliquid patitur ab odore quod non odorat: quid est odorare nisi pati aliquid ab odore. Et respondet qd odorare est sic aliqd pati ab odore qd sentiat odorem. Aer autem non sic patitur vt sentiat: qz non hz potentiam sensitivam: hz sic patitur vt sit sensibilis: inquantum. s. est medium in sensu.

Tertius

Aristotelis *Stagirite* de anima
textus libri tertii.

Quod autem non sit sensus alius p
ter quinque. Dico autem os: visus:
q auditum: olfactum: gustum: tactus:
ex his credit aliquis.

Diui Thome aquinatis in tertium librum de anima Ari
stotelis preclarissima commentaria.

¶ Lectio prima

Incipit liber tertius apud grecos et sa
tis rationabiliter: ex hinc. n. ad ingren
dum de intellectu accedit. fuerunt. n. alii q
posuerunt sensum et intellectum esse idem:
Manifestum est autem quod intellectus non
est aliquid de sensibus exterioribus de q

b
bus iam dictus est: ex eo quod non coartatur ad unum genus
sensibilium cognoscendum: nisi restat inquisitio utrum in parte
sensitiva sit aliqua alta potentia cognoscitiva: ut ex hoc
possit accipi: utrum intellectus sit aliquo modo sensus. Diui
dit ergo pars ista in partes tres. In prima inquiri tan sit
aliquis alius sensus preter quinque sensus exteriores de qui
bus iam dictum est. In secunda ostendit quod intellectus et sen
sus nullo modo sunt idem ibi. (quoniam autem duabus.) In tertia ostē
dit quod intellectus non sit sensus determinat de parte anime in
tellectiva. ibi. (De parte anime.) prima dividit in duas
partes. in prima ostendit quod non est alius sensus proprius propter quod
quod iam dictos. in secunda ostendit preter sensus proprios esse
sensum commune. ibi. (Quoniam autem sentimus.) Circa primum. d.
f. primo ostendit quod sit alius sensus preter quinque. secun
do ostendit quod sunt plures et non unus tantum. ibi. (Inqui
rit autem.) Circa primum. d. f. primo ostendit quod non sit alius
sensus preter quinque qui sit cognoscitivus sensibilium p
priorum. secundo ostendit quod non est alius sensus preter quinque:
cuius obiectum sunt sensibilia communia. ibi. (At vero neque.)
Circum primum utitur tali ratione quoniam habet aliquid organum
sensus per quod nata sunt cognosci aliqua sensibilia: cogno
scit omnia illa sensibilia per organum illud: sed animalia per
fecta habent omnia organa sensus: ergo cognoscunt omnia sensibi
lia. cum igitur non habent nisi quinque sensus: non erit alius
respectu propriorum sensibilium preter quinque sensus.
Circum hanc rationem hoc modo procedit. primo proponit
quod intendit dicens quod ex his que sequuntur potest aliquis
sufficienter ad credendum moveri quod non sit sensus pre
ter quinque iam dictos.

¶ Secundo ibi.

Si enim omnis cuius est sensus tactus: et hunc
sensum habemus. Omnes enim tangibiles in
quantum tangibiles passiones tactu nobis sen
sibiles sunt. Necessesse est siquidem deficit aliquis
sensus: et organum aliquod nobis deficere: et
quecumque quidem ipsi tangentes sentimus tactu
sensibilia sunt quem existimus habentes. Qui
cumque vero per media et non ipsa tangentes sim
pliciter. Dico autem ut aerem et aqua habent
autem sic ut siquidem per unum plura sensibi
lia existentia altera ab invicem genere: necessesse
habentem huiusmodi sensitivum utrorumque sen
sitivum esse ut si ex aere est sensitivum: et est aer
medium soni et coloris. Si vero plura eius
dem sint ut coloris et aer et aqua: utraque enim
diaphana. et quod alterum ipsorum est habens
solum sentiet id quod per utraque: aut quod
ab ambobus.

De anima

¶ Ostendit primam propositionem rationis inducte. scilicet
hanc quod anima habens aliquod organum sensus cognoscit
omnia sensibilia que possunt sentiri per illud organum.
Et hoc quidem manifestat ex sensu tactus eo quod manife
stum est quod sunt qualitates tangibiles: dictum enim est
supra quod qualitates tangibiles sunt omne corporis elati
in quantum habet: que quidem manifeste sunt ex his que de
terminata sunt ex eis. nisi manifestum nobis potest esse quod
nos sentimus omnes qualitates tangibiles. et ex hoc conclu
dit per simile in aliis: quod si habemus aliquod organum quod habemus
sensus illorum sensibilium que nata sunt cognosci per il
lud organum. hoc est ergo quod dicit quod si nos habemus sensum
omnis sensibilis: cuius tactus est perceptivus: quod ex hoc ap
paret quod omnes passiones tangibiles in quantum habent a nobis
sentiantur: necessesse est vltiter dicere quod si deficit nobis ali
quis sensus aliquorum sensibilium: quod deficiat nobis ali
quod organum quo nata sunt cognosci illa sensibilia: quod si
habemus organum cognoscimus sensibilia. ¶ Et hoc quod
vltiter dictum est: manifestat exemplificando per singula:
et primo quantum ad ea que cognoscuntur absque medio ex
traneo. Et hoc est quod dicit: quod quecumque nos sentimus
(tangentes). id est absque medio extraneo possunt sentiri per
organum tactus sub quo intelligitur gustus quod habe
mus. Sed circa illa sensibilia que sentimus per media
extranea que sunt simplicia corpora. scilicet aer et aqua: et non
sentimus ea tangendo illa: sic se habet ut dicat: videlicet
quod si per unum organum plura sensibilia diversa genere ad
invicem sentiri possunt: necessesse est quod quod habet habentem or
ganum sentiat utrumque genus: puta quod si aliquod organum
est ex aere: et aer possunt immutari a colore et sono: sequitur
quod qui habet habentem organum potest et sonum et colo
rem percipere. Si vero e converso plura organa sunt su
ceptiva eiusdem sensibilis sicut aer et aqua quorum utrum
que est diaphanum sunt perceptiva coloris sequitur quod ani
mal habens aliquod horum potest percipere: quod est percep
tibile per utrumque: sicut per media (aut ab ambobus): sicut
ab instrumentis: quod ideo dicit quod in sensibus que sentiunt
per medium extraneum organa sunt conformia mediis.
¶ Has autem condiciones ideo posuit quod ideo sensibile sen
tatur ab aliquo animali per aquam et ab aliquo per aerem:
sicut patet de odore.

¶ Tertio ibi.

Simplicium autem ex duobus his sensi
tiva solum sunt ex aere et aqua. Pupilla qui
dem enim aque: auditus vero aeris: olfactus
autem horum alterius est. Ignis autem aut
nullius est: aut communis omnibus. Nihil
enim sine calore sensitivum est. Terra vero aut
nullius est: aut in tactu maxime miscetur: un
de relinquatur nullum esse sensitivum extra ae
rem et aquam: hec autem et nunc quedam ha
bent animalia. omnes igitur sensus habentur
a non imperfectis neque orbatis. videtur enim
a talpa sub pelle habere oculos. Quare si non
alterum aliquod est corpus et passio que nul
lius est eorum que sunt hic corporum: neque
unus utique deficiet sensus.

¶ Nonit secundam propositionem cum sua manifestati
one. scilicet quod omnia organa sentiendi habentur ab anima
libus perfectis. Dicit ergo quod organa sentiendi nata sunt
constare ex solis duobus simplicium corporum. scilicet ex aere et
aqua quia ista sunt magis passibilia: et hoc requirit condi
tio organi sensus: ut facile immutetur a sensibili. In pu
pilla enim est aqua quia per humorem aqueum in pupi
la existentem recipit oculus species visibilis: in organo aut
auditus est aer: ut supra dictus est. Olfactus autem in quibus

dam attribuitur aeri in quibusdam aque: ut supra dictus est. Ignis autem secundum se nullius sensus organum est: quia ignis est maxime actus et minime passivus: sed secundum participatio nem suae qualitatis est communis omnibus sensibilibus. nihil enim est sensitivum sine calore: sicut nec vinum cum nihil sentiat nisi vitens. Terra vero pura nullius sensus est organum in quantum ipsum organum est sensitivum: sed per mixtionem appropriat tactui: quia organum tactus esse medie complexionatum: ut supra dictum est. et per consequens oportet quod sit. quia compositum ex omnibus elementis. unde relinquuntur quod nullum organum sensus est praeter aerem et aquam. Illud autem organa aeris et aquae habent quedam animalia. scilicet animalia perfecta. unde concluditur quod omnia organa et sensus habentur ab animalibus non imperfectis secundum suam naturam: sicut sunt imperfecta animalia immobilia quae habent solum tactum. Et animalibus (non orbatis). id est non carentibus aliquo sensu ex aliqua causa naturali: sicut homines ceci vel surdi. unde et talpa quae est de genere perfectorum animalium videtur habere oculos sub pelle ut assimilatur suo generi: sed propter hoc quod conteritur sub terra non fuit ei necessarius visus: et terra si haberet oculos discooptos: eius oculos offenderet. **C** Procedit autem haec ratio ut manifeste appareat ex determinatione numero elementorum: ex quo probatur quod organa sensus qui sunt per media exteriora fiunt per aere et aquam solum: et iterum ex determinatione passionum elementorum: quae sunt qualitates tangibiles. unde per eas fit notum quod omnes qualitates tangibiles cognoscimus. Et ideo concluditur quod nullus sensus deficit nobis: nisi aliquis dicere velit: quod sit aliquod corpus elementare praeter quatuor elementa et quot sunt aliae passiones quae possunt tactu discerni: quae non sunt aliquorum corporum hic existentium et nobis notorum: et hoc videtur inconueniens. Unde relinquuntur quod sint quinque sensus tantum qui a nobis habentur.

C Deinde cum dicit.

Co. 133. At vero neque communius potest esse sensitivum aliquod proprium: quae unoquoque sensu sentimus non sed accidens ut motus: stat? figure: magnitudinis: numeri unius.

C Quod posset aliquis dicere: quod est aliquis alius sensus cognoscitivus sensibilium communium. excludit hoc tali ratione. quia quod cognoscitur ab uno sensu ut proprium sensibile eius non cognoscitur ab aliis sensibus nisi per accidens. sed sensibilia communia non sentiuntur per accidens ab aliquo sensuum: sed per se a pluribus: sensibilia igitur communia non sunt proprie obiecta alicuius sensus. **C** Circa rationem hanc hoc modo procedit: primo ponit conclusionem dicens: quod non potest esse aliquod proprium organum sensus: cognoscitivum communium sensibilium quae sentimus unoquoque sensu per se et non per accidens quae sunt motus et status etc.

C Secundo ibi.

Co. 134. Haec enim omnia motu sentimus. ut magnitudines motu: quare et figuram. Magnitudo enim quedam et figura est. Quiescens autem in eo quod non movetur. Numerus vero negatione continui et proprii. Unusquisque enim unum sentit sensus. Quare manifestum est quomodo impossibile esse cuiuslibet proprium sensum esse horum ut motus.

C Probat quod ista sensibilia communia sentiuntur per se et non sed accidens: quaeque enim sentiuntur per hoc quod immutantur sensum sentiuntur per se et non secundum accidens. Nam hoc est per se sentire pati aliquid a sensibili. Sed omnia haec sensibilia per immutationem quandam sentiuntur. et hoc est quod dicitur quod haec omnia sentimus (motu). id est quaedam immutatio. Manifestum est enim quod magnitudo immutat sensum: cum sit subiectum qualitatis sensibilis: puta caloris aut saporis: et qualitates non agunt sine suis subiectis: ex quo apparet quod

figuram etiam cognoscimus cum quaedam immutatione: quia figura est aliquid magnitudinis: quia consistit in conterminatione magnitudinis. est enim figura quae termino vel terminis continetur: ut dicitur in primo euclidis. Manifestum est etiam quod quies comprehenditur ex motu sicut tenebra per lucem. est enim quies privatio motus: numerus etiam cognoscitur per negationem continui quod est magnitudo: numerus enim rerum sensibilium ex divisione continui causatur: unde et proprietates numeri per proprietates continui cognoscuntur: quia enim continuum divisibile est in infinitum et numerus in infinitum crescere potest: ut patet ex tertio philosophi. Manifestum est etiam quod unusquisque sensus per se cognoscit unum: ut immutatus ab uno obiecto: unde manifestum est quod ista sensibilia communia sentiuntur per se et non per accidens: unde ex hoc concluditur quod impossibile est esse proprium sensum alicuius horum.

C Tertio ibi.

Sic enim erit sicut nunc visus dulce sentimus: hoc autem est quoniam amborum habentes existimus sensum. quo tunc conciderit: cognoscimus. Si vero non nequaquam utique: sed aut secundum accidens sentiebamus: ut Cleonis filium: non quia Cleonis filius est: sed quoniam albet. Quicquid autem accidit filius Cleonis esse. Communium autem habemus iam sensum communem non secundum accidens. Non igitur est proprius. Nequaquam enim utique sentiremus: sed aut sic sicut dictum est cleonis filium nos videre. ad invicem enim propria secundum accidens sentiunt sensus: non secundum quod ipsi sunt: sed secundum quod unus cum simu fiat sensus in eodem: ut cholera quidem amara et rubicunda. Non enim alterius dicere quod ambo unum propter quod et dicitur: Quod si sit rubicundum cholera opinatur esse.

C Ostendit quod si sentiret proprie ab aliquo sensu: quod esse sensibilia per accidens: et hoc est quod dicitur quod sic esset de se sensibilibus communibus si essent propria obiecta alicuius sensus sicut nunc est quod visu sentimus dulce. hoc enim est: quia nos habemus sensum utriusque. scilicet albi et dulcis: et ideo quando coincidunt in unum: illud quod est unum sensus per se cognoscitur ab illo sensu: per accidens autem ab alio. ideo videndo album per se videmus dulce per accidens. Si autem non sit sensibile proprie ab aliquo sensu: nisi quod hoc erit quod sentiat per accidens ab aliquo alio sensu: ex coincidentia duorum sensuum vel sensibilium. id est: sed oio secundum accidens sensibile est: ut supra dictum est: sicut filium cleonis sed accidens sentimus: non quia filius cleonis est: sed quia albus cui accidit esse filius cleonis: hoc autem scilicet esse filium cleonis. non ita est sensibile visu per accidens quod sit aliquo alio sensu sensibile per se: sicut erat de dulci. (communium autem sensibilium habemus sensum eodem non secundum accidens). id est communia sensibilia communiter sentiuntur aduersus sensum per se et non secundum accidens: unde legitur quod non sit aliquis proprius sensus eorum: quia tunc non sentiremus ea per se aliis sensibus: sed sentiremus ea per accidens: sicut sentimus filium cleonis: sentimus enim sensus propria sensibilia ad invicem secundum accidens: ut puta visus sensibile auditus et e converso. Non enim visus cognoscit sensibile auditus: neque auditus sensibile visus: sed quod ipsa sunt quae visus nihil patitur ab auditibili: nec auditus ab visibili: (sed sed quod sit unus sensus). id est una sensatio secundum actum: ut ita loquar in eodem sensibili: et dico eundem sensum actum: ex eo quod sit actio utriusque sensus respectu eiusdem sensibilis: sicut cholera sit percipitur per gustum quod sit amara: et per visum quod sit rubicunda: et ideo statim ad aspectum rubicundi iudicamus aliquid esse amara

Tertius

rum. Non est autem aliquis alius sensus: cuius proprium sit cognoscere quod album et amarum sunt unum: hec enim unitas non est nisi per accidens. et quod est per accidens tantum non potest esse obiectum alicuius potentie: et ideo quia visus non percipit illud quod est gustus nisi per accidens: frequenter in talibus decipitur sensus et iudicamus quod si aliquid sit rubeum quod sit colera.

Deinde cum dicit.

Inquiret autem aliquis: cuius causa plures habemus sensus: sed et non solum unum aut quatenus minus lateant consequentia et communia: ut motus: et magnitudo: et numerus. Si enim esset visus solus: et ipse albi lateant utriusque magis: et viderentur esse idem omnia: propter id quod consequuntur se ad invicem simul color et magnitudo. Nunc autem quoniam in aliquo sensibili communia sunt: manifestum facit quod aliud quiddam unumquodque ipsorum est.

Inquiret etiam pluralitatis sensuum: et hoc est quoddam pars spiritus totam: et in talibus assignanda est causa finalis: ut philosophus docet in ultimo de generatione animalium: secus autem de accidentibus individui: quorum assignanda est ratio ex parte materie vel agentis: unde et hic assignat causam finale. Dicit ergo quod aliquis potest querere cuius causa habemus plures sensus et non unum: et est ratio ad hoc ut nos non lateant ea que consequuntur ad sensibilia propria: et sunt causa diversis sensibus sicut motus et magnitudo et numerus. Si enim esset solus sensus visus cum ipse coloris tamen sit: et color et magnitudo se consequantur quod sit cum colore immutatur sensus a magnitudine: inter colorem non possemus discernere et magnitudinem sed viderentur esse idem. Sed nunc quia magnitudo sentitur alio sensu quam visus: color autem non hoc ipsum manifestat nobis: quia aliud est color et magnitudo et hinc est de aliis sensibilibus coloribus. Potest autem et hec ratio assignari distinctionis sensuum. Manifestum est enim quod cum potentia dicatur ad obiectum: oportet quod secundum diversam obiectorum diversificentur potentie sensitivae: obiectum autem sensibile est potest esse immutatum sensus. unde secundum diversa genera immutationum sensus a sensibili: oportet esse diversos sensus: immutat autem sensus a sensibili uno modo per tractum: et sic est sensus tactus quod est discretus eorum: ex quibus constat animal et sensus gustus quod est perceptivus qualitatum que designant convenientiam nutrimenti quo conservatur corpus animalis. alio modo immutat sensus per medium: et hec quidem immutatio autem est cum alteratione sensibilis: et sic odor immutat sensum cum aliqua resolutione odorabilis. aut cum aliquo motu locali: et sic immutat sonus. aut absque immutatione sensibilis: sed per solam immutationem spirituales media et organi et sic immutat color.

Electio secunda.

Quoniam autem sentimus quod videmus et audimus necesse est aut visu sentire quia videt aut altero.

Quod philosophus ostendit quod non sit alius sensus proprius propter quod procedit ad inquirendum utrum sit aliqua potentia sensitiva communis his quinque sensibus: et hoc quidem investigat ex quibusdam actionibus que non videntur alicuius sensus proprie esse: sed videntur exigere aliam potentiam sensitivam communem: huiusmodi autem actiones sunt due: una est secundum quam nos percipimus actiones propriorum sensuum: puta quod sentimus nos videre et audire: alia est secundum quam discernimus inter sensibilia propria diversorum sensuum: puta quod aliud sit dulce et aliud album. primo ergo inquiret cui sit attribuenda prima harum actionum: secundum cui sit attribuenda secunda. ibi. Cuiusvisque qui

De anima

dem igitur. Circa primum tria facit. primo movet questionem dicens: quoniam sentimus quod videmus: et similiter sentimus quod audimus: et sic de unoquoque sensibili: necessarium est per visum sentire: quia ipse visus videt aut per aliam virtutem: et sic de aliis sensibus.

Secundo obiicit ad utramque partem. ibi.

Si autem altero aut ipso erit. quod videt aut altero. Sed idem erit visus et subiecti coloris. quare aut duo eiusdem erunt: aut idem eiusdem.

Et primo inducit ad ostendendum quod visus videat se videre duas rationes. quarum prima talis est. Si homo sentit se videre altero sensu quam visum: aut hoc erit: quia illo alio sensu homo videt colorem: aut omnino alio sensu videt colorem et sentit visionem coloris. Si autem eodem sensu quo sentit colorem: sentit visionem coloris: sequitur quod unus et idem erit sensus secundum actum apprehensivum ipsius visionis et subiecti coloris: quare sequitur alterum duorum: quod si iste sensus qui sentit visionem et colorem: sit alius sensus a visu oportebit quod duo sensus sint unius subiecti. scilicet coloris: aut si iste sensus quo sentimus visionem et colorem est idem cum sensu visus: sequitur quod sit idem eiusdem. id est quod visus sit sensus sui ipsius: quod a principio negabatur. Dicere vero quod ille alter sensus quo quis sentit se videre non sentiat colorem est omnino irrationabile: quia si non cognosceret colorem non posset cognoscere quid esset videre cum videre nihil aliud sit quam sentire colorem.

Secundam rationem ponit ibi.

Amplius autem si et alter sit visus sensus: aut in infinitum procedet: aut aliquis ipse sui ipsius erit iudex: quare in primo hoc faciendum est.

Que talis est. Si sensus visus. id est visionis quo scilicet sentimus nos videre sit alter a visu: iterum querendum est de illo sensu. utrum scilicet ille sensus sentiat se sentire: et si non oportebit querere tertium sensum qui sentiat illum sentire. aut igitur hoc procedit in infinitum: quod est impossibile cum ipse sit compleri actionem que dependet ab actionibus infinitis: neque etiam unius rei possint esse potentie infinite: aut oportebit quod deveniatur ad aliquem sensum: qui sit iudex sui ipsius. id est percipiat se sentire. Eadem ergo ratione poterat fieri in primo sensu: ut scilicet visus sentiret se videre. Non est ergo alius sensus qui percipiat colorem: et qui percipit visionem coloris.

Deinde cum dicit.

Habet autem dubitationem: si enim visu sentire videre est: videretur autem color aut habens hunc: si videbit aliquis quod est videns: et colorem habebit primum videns.

Obiicit ad partem contrariam: et quia prime rationes aequaliter concludunt verum: hec ratio per modum dubitationis proponitur unde et eam solvit: est autem ratio talis. Si visu sentimus nos videre: sentire autem visu nihil est aliud quam videre: ergo videmus nos videre: sed nihil videtur nisi color tantum: aut habens colorem. Si igitur aliquis videt se quod sit videns: sequitur quod primum videns quod secundo fuit visum sit habens colorem: quod videtur inconueniens: nam dictum est supra quod visus cum sit susceptivus coloris est absque colore.

Deinde cum dicit.

Manifestum igitur quoniam non est unum omnino visu sentire. Et namque cum non videmus visu discernimus et tenebras et lumen: sed non similiter.

Solvit tertio propositam dubitationem duobus modis. Primo concludens ex predictis quod sentire visu multipliciter dicitur. Ostensum est enim supra quod visu sentimus nos videre. Item ostensum est quod visu non sentimus nisi colorem. Sentire ergo visu dupliciter dicitur. Uno modo secundum quod visu sentimus nos videre. Alio modo

Co. 137.

Co. 138.

ertius

do secundum quod visu sentimus nos videre. Alio modo cum visu videmus colorem: et quod visu sentire dicat multipliciter apparet ex hoc quod aliquando dicimur sentire visu cum visus presentialiter immutatur a visibili. scilicet colore. Aliquando autem discernimus visu et tenebras et lumen etiam cum non videmus per immutationem. scilicet ab exteriori sensibili. Sed non similiter dicitur utroque modo visu sentire. Redit ergo solutio ad hoc quod actio visus potest considerari: vel secundum quod consistit in immutatione organi a sensibili exteriori: et sic non sentitur nisi color. Unde ista actione visus non videt se videre. Alia enim est actio visus secundum quam post immutationem organi indicat de ipsa perceptione organi a sensibili: etiam abeunte sensibili: et sic visus non videt solum colorem vel sentit: sed sentit etiam visionem coloris.

Deinde cum dicit.

Amplius autem et videns tanquam coloratum est: sensitivum enim susceptivum est sensibilis sine materia unumquodque: unde et abeuntibus sensibilibus insunt sensus et phantasia quibus sentiunt. Sensibilis autem actus et sensus idem est et unus. Esse autem ipsorum non idem. Dico autem ut sonus secundum actum: et auditus secundum actum. Est enim auditus habentia non audire: et habens sonum non semper sonat. Cum autem operetur. possibile audire: et sonet: possibile sonare: tunc secundum actum auditus simul fit: et secundum actum sonus. Quorum dicitur utriusque aliis hoc quod dem auditionem esse: hoc vero sonationem.

Proponit aliam solutionem que quidem necessaria est eo quod color habet duplex esse: unus naturale in re sensibili: aliud spirituale in sensu. Secundum ergo primum esse coloris processit prima solutio: hec autem secunda preedit quantum ad secundum esse coloris. Circa hanc solutionem tria facit. Primo ponit solutionem. Secundo probat quoddam quod in solutione supposuerat. ibi. (Si igitur est motus.) Tertio ex hac solutione ostendit etiam quarundam aliarum questionum solutionem. ibi. (quoniam autem unus.) Dicit ergo primo quod cum soluta sit prima dubitatio: sustinendo quod videns non sit coloratum. Amplius potest solui dicendo quod videns est tanquam coloratum: quia in vidente est similitudo coloris: unde videns est simile colorato: unde illa potentia que videt aliquem esse videntem: non est extra generis potentie visive: et quod videns sit quodammodo coloratum probat per ea que supra dicta sunt: quia unumquodque organum sensus est susceptivum speciei sensibilis sine materia: ut dictum est: et ista est ratio quare abeuntibus sensibilibus sunt in nobis sensationes et phantasiae. id est apparitiones secundum quas aliquo modo sentiunt animalia. Et sic patet quod videns est tanquam coloratum: in quantum habet similitudinem coloris: et non solum videns est tanquam coloratum et simile colorato: sed etiam actus cuiuslibet sensus est unus et idem subiecto cum actu sensibilis: sed ratione non est unus. Et dico actum sensus sicut auditum secundum actum: et actum sensibilis sicut sonum secundum actum. non enim semper sunt in actu: quia contingit habentia auditum non audire et habens sonum non semper sonare. Sed cum potens audire habet suam operationem et potens sonare habet sonare: tunc simul fit sonus secundum actum qui vocatur sonatio: et auditus secundum actum qui vocatur auditio. Cum igitur visus percipiat sensibile et actum eius: et videns sit simile sensibili: et actus videns sit idem cum actu sensibilis subiecto: igitur non ratione relinquatur quod eiusdem virtutis est videre colorem et immutationem que est a colore: et visum in actu et visionem eius. Potentia ergo illa qua videmus nos videre non

De anima

est extranea a potentia visiva: sed differt ratione ab ipsa.

Deinde cum dicit.

Si igitur est motus et actio et passio in eo quod agitur necesse est et sonum et auditum qui secundum actum in eo quod est secundum potentiam esse. Activi enim et motivi actus in patiente fit. unde non necesse est movens moveri. Sonatiui quidem igitur actus aut sonus sonatio est: Auditivi autem aut auditus auditio est. Dupliciter enim auditus et dupliciter sonus. Eadem autem ratio est et in aliis sensibus et sensibilibus. Sicut enim actio et passio in patiente sed non in agente: sic et sensibilis actus et sensitivus in sensitivo est. Sed in quibusdam quidem et nominatum est ut sonatio et auditio. In quibusdam autem non nominatum est sed alterum: visio enim dicitur visus actus. Que vero est coloris non nominatum est. Et gustatiui gustus est. humoris autem non nominatum est.

Probat quod supposuerat. scilicet quod unus et idem sit actus sensibilis et sensitivus: sed ratione differunt ex his que sunt ostensa in tertio physicorum: ibi enim ostensum est: quod tam motus quam actio vel passio sunt in eo quod agitur. id est in immobili et patiente. Manifestum est autem quod auditus patitur a sono: unde necesse est quod tam sonus secundum actum qui dicitur sonatio quam auditus secundum actum qui dicitur auditio: sit in eo quod est secundum potentiam. id est in organo aut dicitur: et hoc ideo quia actus activi et motivi fit in patiente et non in agente et mouente. Et ista est ratio quare non est necessarium quod omne movens moveatur: in quocumque enim est motus illud movetur. Unde si motus et actio que est quidam motus esset in mouente sequeretur quod movens moveretur. Et sicut dictum est in tertio physicorum. quod actio et passio sunt unus actus subiecto: sed differunt ratione prout actio signatur: ut ab agente. passio autem ut in patiente: ita supra dixit quod idem est actus sensibilis et sensitivus subiecto: sed non ratione. actus igitur sonatiui vel soni est sonatio: auditivi autem actus est auditio. Dupliciter enim dicitur auditus et sonus. scilicet secundum actum et secundum potentiam: et quod de auditu et sono dictum est: eadem ratione se habet in aliis sensibus et sensibilibus. Sicut enim actio et passio est in patiente et non in agente: ut in subiecto: sed solum ut in principio a quo: ita tanquam actus sensibilis quam actus sensitivus est in sensitivo ut in subiecto. Sed in quibusdam sensibilibus et sensitivis nominatus est uterque actus: et sensibilis ut sonatio: et sensitivus ut auditio: in quibusdam autem unum tantum nominatum est. scilicet actus sensitivus. visio enim dicitur actus visus: sed actus coloris non est nominatus: et gustus id est gustatio est actus gustatiui: sed actus saporis non est nominatus apud grecos. Deinde cum dicit.

Quonia autem unus quidem est actus sensibilis et sensitivus: esse autem alterum est necesse simul corrumpi et saluari sicut dictum auditum: et sonum: et humorem igitur et gustum et alia similiter. Dicta autem secundum potentiam non necesse est.

Ex premissa solutione procedit ad demonstrandum veritatem duarum questionum: quarum prima est utrum sensus et sensibilia simul corrumpantur et salventur. Ad huiusmodi ergo solutionem dicit quod quia actus sensibilis et sensitivus est unus subiecto: sed differunt ratione ut dictum est necesse est quod auditus dicitur secundum actum et sonus dicitur secundum actum: simul salventur et corrumpantur: et similiter est de sapore et gustu: et aliis sensibilibus et sensibus. Sed dicatur secundum potentiam: non necesse est quod simul corrumpantur et salventur. Ex hac autem ratione excludit opiniones antiquorum naturalium. ibi.

142. Sed priores philosophi hoc non bene dicebant nihil opinantes neque album neque nigrum esse sine visu: neque humorem sine gustu. Sic quidem. n. dicebant recte sic autem non recte. Duplex enim dicto sensu et sensibili his quidem secundum potentiam: illis vero secundum actum. De his quidem accidit quod dictum est: sed in alteris non accidit. Sed illi simpliciter dicebant de dictis non simpliciter.

143. Dicens quod priores naturales non bene dicebant: in hoc quod opinabantur nihil esse album aut nigrum: nisi quod videtur: neque saporem esse nisi quod gustatur. Et similiter de alijs sensibilibus et sensibus. Et quia non credebant esse alia entia nisi sensibilia: neque aliam virtutem cognoscitivam nisi sensum: credebant quod totum esse et veritas rerum esset in apparere: et ex hoc deducebant ad credendum contradictoria simul esse vera: propter hoc quod diversi contradictoria opinantur. Dicebant autem quodammodo recte et quodammodo non. Cum enim dupliciter dicatur sensus et sensibile. scilicet secundum potentiam et secundum actum de sensu et sensibili secundum actum accidit quod ipsi dicebant: quod non est sensibile sine sensu. Non autem hoc verum est de sensu et sensibili secundum potentiam: sed ipsi loquebantur simpliciter: id est sine distinctione de his que dicuntur multipliciter.

Deinde cum dicit.

Si autem symphonia vox quedam est: vox autem et auditus est sicut unum: et est sicut unum: et est sicut non unum aut idem: proportio autem est symphonia: necesse est et auditum rationem quandam esse. Et propter id corrumpit unumquodque excellens acutum et grave auditum. et in humoribus gustum: et in coloribus visum fortiter fulgidum et opacum: et in olfatu fortis odor et dulcis et amarus tanquam ratio quedam sit sensus unde et delectabilia quidem sunt dum dicuntur sincera et mixta entia ad rationem: ut acutum aut dulce aut salitum. Delectabilia enim tunc. Omnino autem magis quod mixtum est symphonia quam acutum et grave. Tactus autem calefactibile et frigidabile: sed sensus ratio est. Excellentia autem corrumpit aut corrumpunt.

Demonstrat ex premissis solutionem alterius questionis: quare. scilicet quedam sensibilia corrumpant sensus et quedam delectant: et dicit quod cum symphonia. id est vox consonans et proportionata sit vox quedam et vox quodammodo sit idem quod auditus: et symphonia sit quedam proportio: necesse est quod auditus sit quedam proportio. Et quia quilibet proportio corrumpit per superabundantiam: id est excellens sensibile corrumpit sensum: sicut quod est excellenter grave et acutum corrumpit auditum. Et excellens saporosus corrumpit gustum. Et fortiter fulgidum vel obscurum corrumpit visum. Et fortis odor corrumpit olfactum: quasi sensus sit quedam proportio. Sed si plura sensibilia deducuntur ad proportionem tam mixtionem efficiuntur delectabilia sicut in saporibus. quando aliquid secundum debitam proportionem est aut acutum aut dulce: aut salum: tunc enim sunt omnino delectabilia: et omne quod est mixtum est magis delectabile: quam quod est simplex: sicut symphonia quam vox activa tantum: vel gravis tantum. Et in tactu quod est compositum ex calefactibili: et frigidabili: sensus enim delectat in proportionem sicut in similibus: eo quod sensus est proportio quedam: sed ex-

cellentia corrumpit sensum vel saltem corrumpit ipsum.

lectio tertia.

144. Nusquam quidem igitur sensus subiecti sensibilis est qui est sensitivus in quantum sensitivum et discernit subiecti sensibilis differentias. aut album quidem et nigrum visus: dulce vero et amarum gustus. Similiter autem se habet hoc et in alijs.

145. **Processit** per superius ad investigandum sensum eodem ex hac

operatione qua sentimus nos videre et audire.

146. Ex hac autem operatione ad hoc deventus est: quod potentia visiva sentit visionem: alio modo quam sentiat sensibile exterius: sed nondum habet quod potentia indicativa de actibus sensu sit una et communis. Et ideo procedit ulterius ad investigandam huiusmodi veritatem per aliam operationem que ostendit unam potentiam esse eodem habentem se quodammodo ad omnes. videlicet sensus. et hec operatio est discernere sensibilia ab invicem. Et circa hoc duo facit. primo ostendit in quantum se possit extendere discretio sensus proprii: in secunda inquit de illa discretione sensibilibus que excedit virtutem sensus proprii. ibi. (Quia autem album.) Dicit ergo primo quod ex dictis manifestum est quod unusquisque sensus est cognoscitivus sensibilis sibi obiecti: cuius species sit in suo organo: in quantum est tale organum: immutat enim organum uniuscuiusque sensus a proprio obiecto sensus pro se non per accidens: et unusquisque sensus discernit differentias proprii sensibilis: sicut visus discernit album et nigrum: gustus dulce et amarum: et similiter se habet in alijs sensibus.

Deinde cum dicit.

147. Quoniam autem album et dulce et unumquodque sensibile ad unumquodque discernimus quodam et sentimus quod differunt: necesse igitur sensu. Sensibilia enim sunt. Quare et manifestum quoniam caro non est ultimum sensitivum. Necesse enim esset tangens ipsum discernens discernere.

148. Ostendit cui sit attribuenda ista discretio que excedit proprium sensum. scilicet discernere sensibile unum sensus a sensibili alteri. Et circa hoc. d. scilicet primo determinat veritatem. hoc obicit hanc veritatem et solvit. ibi. (At vero impossibile.) Circa primum tria facit. primo ostendit quod aliquis sensus est qui discernit inter album et nigrum: et dulce. sedo quod non sunt due potestate sensus sed una. ibi. (Necque utique.) 3o quod simul illa potentia percipit utrumque sensibile inter que discernit. ibi. (Quod autem neque.) Dicit ergo primo quod quod discernimus aliquam virtute non solum album a nigro vel dulce ab amaro: sed et album a dulci et unumquodque sensibile discernimus ab uno quod et sentimus quod differunt: eo quod hoc sit per sensum. quod cognoscere sensibilia in quantum sunt sensibilia est sensus: cognoscimus autem diversas albi et dulcis non solum quantum ad quod quod est utrumque quod pertinet ad intellectum: sed et quantum ad diversas immutationem sensus et hoc non potest fieri nisi per sensum. Et si per aliquem sensum sit hoc maxime videtur quod fiat per tactum que est primus sensuum et quodammodo radix et fundamentum omnium sensuum: et ab hoc aial hoc quod dicitur sensitivum non manifestum est quod caro non est ultimum organum sensus tactus: quod cum per sensum tactus fiat discretio: necesse esset quod ipso tactu carnis a tangibili fieret discretio tangibilis ab alijs sensibilibus. Attribuit autem ista discretio tactui non secundum quod tactus est sensus proprius: sed secundum quod est fundamentum omnium sensuum et per pinguis se habens ad fontalem radicem omnium sensuum qui est sensus communis.

Deinde cum dicit.

149. Neque utique separatis contingit discernere quod alterum sit dulce ab albo: sed eo aliquo uno utraque manifesta esse. Sicut. n. et hoc quidem ego: illud autem tu sentis: manifestum utique erit quoniam altera ad invicem sunt. Quod autem unum

dicere quoniam alterum. Alterum enim dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare sicut dicit: sic et intelligit et sentit. Quod quidem igitur non possibile separatis iudicare separata palam.

¶ **C**ondit quod eiusdem sensus sit quod discernit album a dulci possit enim aliquid credere quod discernam album a dulci si quadam una potentia sed diuersis ut si quodam gustu cognoscimus dulce et visu album: sed autem excludit dicens quod non contingit discernere quod dulce sit alterum ab albo separatis potentiis. id est diuersis sed oportet ad discernendum iter ea: quod si in aliqua una potentia manifestus sit nobis: ita enim esse si diuersis potentiis sentirem dulce et album. sicut si diuersi homines sentirent unum dulce: et aliter album: puta si ego sentio dulce: et ille illud. sed autem posito manifestum est quod altera sunt ab invicem dulce et album: quia aliter patior ego a dulci quam tu ab albo: sed tamen diuersitas ista non erit nobis per sensum manifesta: sed oportet quod unus sit qui dicat quod alterum est dulce ab albo: sed enim est aliquid unum verum. id est quod alterum sit dulce ab albo: ergo oportet quod illud unum ab eodem dicat: sed dictio est interpretatio interioris apprehensionis: ergo sicut est unum quod dicit: ita oportet quod unus sit qui intelligat et sentiat alterum esse dulce ab albo. Dicit autem (intelligat et sentiat) quod non dum omnino est quod aliud sit intellectus a sensu: vel quod ista diuersitas et sensus et intellectus cognoscit. Sicut igitur oportet quod unus homo qui dicit alterum esse album a dulci sit qui cognoscit utrumque: ita oportet quod una potentia sit qui agnoscit utrumque: nam homo non cognoscit nisi per aliquam potentiam. et hoc est quod concludit ulterius palam esse quod non est possibile iudicare (separata) id est quod aliquid sint diuersa (separata) id est diuersis sed oportet quod sit eadem potentia qui utrumque cognoscit. ¶ **D**einde cum dicit.

Quod autem neque in separato tempore hinc. Sicut enim idem dicit quod alterum bonum et malum sic et quando alterum dicit quoniam alterum tunc et alterum: non secundum accidens ipsam quando. Dico autem puta nunc dico quoniam alterum: non tamen quoniam nunc alterum. Sed sic dicit et nunc et quoniam nunc. Simul ergo quare in separabile et in inseparabili tempore.

¶ **O**stendit quod oportet simul utrumque cognosci. Dicit ergo quod ex his quod dicit manifestum est (quod neque in separato tempore) id est in diuerso tempore cognoscit utrumque (sicut nalle qui iudicat aliquid esse diuersa dicit aliquid unum et idem). id est quod alterum sit bonum et malum: sic et dicit quod alterum sit. dicit enim quod sit alterum tunc quod iudicat. et hoc ipsum quod sit alterum non dicit secundum accidens: ita quod licet quod referat ad dicentem: ut puta quod nunc dicit quod est alterum: si non diceret quod nunc est alterum: sed enim esse per accidens respectu eius quod dicit: sed sicut nunc dicit quod est alterum ita dicit quod nunc sit alterum. hoc autem non posset esse nisi simul ea apprehenderet. id est in illo instanti per quo iudicat ea esse altera. manifestum est ergo quod simul cognoscit utrumque. ergo sicut est inseparabilis potentia. id est una et eadem qui cognoscit utrumque eorum iter qui inducat differentia: ita oportet quod inseparabili tempore apprehendatur utrumque.

¶ **D**einde cum dicit.

Co. 147

At vero impossibile est simul secundum contrarios motus moueri idem a et indiuisibile et in diuisibili tempore. Si enim dulce sit: mouet sensus aut intellectus: amarum autem contrarie: et album alitur. ¶ **O**bit in contrarium. et circa hoc quatuor facit. primo ponit objectionem talem. impossibile est idem et indiuisibile simul moueri secundum duos motus simul et indiuisibili tempore: sed intellectus et sensus mouentur a sensibili in quantum sentit et intelligibili in quantum intelligit. Diuersa autem sensibilia et prima diuersis et primis motibus mouentur ergo impossibile est quod eadem vis sensitiva aut intellectiva simul cognoscat contraria et diuersa.

¶ **S**ecundo ibi.

Co. 148

Ergo simul quidem et numero indiuisibile et inseparabile quod iudicat. Secundum esse autem

separatum. Est igitur quoddammodo quod diuisibile diuisa sentit: est autem quod indiuisibile. Secundum esse quod diuisibile: loco autem et numero indiuisibile.

¶ **P**onit unam solutionem: et dicit: quod illud quod iudicat differentiam inter contraria est simul et numero indiuisibile et inseparabile id est unum subiecto sed secundum esse separatum id est ratione est diuersum. Sic igitur quoddammodo indiuisibile sentit diuisa id est diuersa: alio autem modo diuisibile sentit diuersa: quia secundum esse diuisibile id est ratione est diuersum: sed loco et numero est (indiuisibile). id est subiecto est unum: et dicit loco quia diuersae potentie inueniuntur in diuersis partibus corporis organa habere.

¶ **T**ertio ibi.

Aut non possibile: potentia quidem enim idem et indiuisibile contraria: secundum esse autem non: sed in opinari diuisibile: et impossibile est. Et album et nigrum esse simul. Quare neque species pati ipsorum si homo est sensus et intelligentia.

¶ **I**mprobat hanc solutionem dicens: quod non est (possibile) illam predictam solutionem stare. quod enim est idem et (indiuisibile) subiecto sed non secundum esse. secundum rationem: potest quidem habere tria scilicet potentia scilicet quod habet tria in operari. id est secundum actum: oportet quod sit diuisibile et impossibile est idem et indiuisibile simul et semel esse album et nigrum. quare neque possibile est aliquid unum et idem indiuisibile simul pati species eorum: et ita neque intelligere et sentire si intelligere et sentire est huiusmodi id est pati quoddam.

¶ **Q**uarto ibi.

Sed sicut quod vocat quodam punctum aut unum aut duo: sic et indiuisibile. Secundum quod quod diuisibile unum discernens est et simul. Secundum vero quod diuisibile: bis utitur eodem signo simul. In quantum quod diuisibile igitur pro duobus utitur tertio duo iudicat: et separata sunt ut inseparato. In quantum vero unum uno et simul. De principio quod igitur secundum quod dicimus posse sentire animal: determinatum sit hoc modo.

¶ **P**onit veram solutionem: et solutio ista sumitur ex similitudine puncti: punctum enim quod est inter duas partes linee potest accipi. (ut unum et ut duo: ut unum quidem secundum quod punctus partes linee: ut communis terminus: (ut duo autem scilicet quod bis utitur puncto). id est ut principio unius linee et ut fine alterius sic et intelligendum est: quod vis sentiendi diffundit in organa. vis sensuum ab aliqua una radice communi: a qua procedit vis sentiendi in omnia organa ad quae et terminant omnes immutationes singulorum organorum. Et ergo considerari dupliciter: uno modo prout est principium unum et terminus unus omnium sensibilibus immutationum. Alio modo prout est principium et terminus huius et illius sensus. et hoc est quod dicit quod sicut punctum est unum aut duo sic diuisibile est principium sensuum communi: sic non diuisibile est in quantum (simul bis utitur eodem signo). id est principio sensitivo. id est ut principio et termino visus et auditus. In quantum igitur aliquid utitur principio sensitivo. quod uno termino pro duobus inter duo iudicat: et separata sunt quae accipiuntur sicut (in separato) id est diuisibili principio cognoscuntur. (in quantum vero) est unum in se sicut in uno principio cognoscit differentiam utrumque et simul. hoc igitur si principium sensitivum commune quod simul cognoscat plura in quantum accipitur bis ut terminus duarum immutationum sensibilibus in quantum vero est unum iudicare potest differentiam unius ad alterum. Oportet autem illud principium sensitivum commune habere aliud organum: quia pars sensitiva non habet aliquam operationem sine organo. cum enim organum tactus diffundatur per totum corpus: necessarium videtur ut ibi sit organum huius principii sensitivi communis ubi

est prima radix organi tactus. et per hoc supinus dixit quod si caro esset ultimum organum tactus quod tangendo secundum carnem discernerebimus unum sensibile ab alio. Considerandum est etiam quod licet hoc principium esse immutetur a sensu proprio: quia ad sensum commune pertinent immutationes omnium sensuum propriorum sicut ad commune terminum: non tamen sensus proprius est nobilior quam sensus communis: licet motus sit nobilior motus et agens patientie: sicut nec sensibile exterius est nobilior quam sensus proprius: licet moueat ipsum. est enim secundum quod nobilior. scilicet in quantum est actu album vel dulce ad quod est sensus proprius in potentia: sed sensus proprius simpliciter est nobilior per virtutem sensitivam unde et nobiliori modo recipit scilicet sine materia. omne enim recipiens aliquid recipit illud secundum suum modum et sic sensus communis nobiliori modo recipit quam sensus proprius: per hoc quod virtus sensitiva consideratur in sensu communi ut in radice et minus diuisa. Neque igitur quod per alias actionem sensus communis species recepta in organo fiat in ipso: quia omnes potentie partem sensitivam sunt passive: nec est possibile quod una potentia sit activa et passiva. Considerandum est etiam quod sensus proprius habet discernere inter tria sensibilia: in quantum participat aliquid de virtute sensus communis: quia et ipse sensus proprius est unus terminus diversarum immutationum que fiunt per medium a partibus sensibilibus. Sed ultimum iudicium et ultima discretio pertinet ad sensum commune. ultimo autem epilogando concludit quod dictum est de principio secundum quod dicitur animal esse sensitivum vel potens sentire.

lectio quarta.

Quoniam autem duabus differentiis definiuntur maxime animam motu et secundum locum: et in eo quod est intelligere et discernere et sentire videtur autem et intelligere et sapere tanquam quoddam sentire esse. In utroque enim his anima iudicat aliquid et cognoscit eorum que sunt.

Quod philosophus ostendit quod due operationes de quibus dubium videbatur: percipere. scilicet actus sensuum propriorum et discernere inter sensibilia diversorum sensuum: non excedunt facultatem principii sensitivi nunc vult ingredi utrumque sapere (et intelligere) excedat facultatem eiusdem principii. Et circa hoc. d. f. primo ostendit quod sapere et intelligere non pertinet ad sensum: quod est ostendere sensum et intellectum non esse idem sicut philosophus. Secundo quod phantasia que pertinet ad sensum non est idem cum operatione que pertinet ad intellectum. ibi. (phantasia autem est et cetera.) Circa primum. d. f. primo ponit operationem potentiam sensum et intellectum esse idem: secundo improbat eam. ibi. (et tamen oportuit.) Circa primum. d. f. primo ponit operationem. secundo assignat causas operationis. ibi. (Omnis enim. ii.) Circa primum. d. f. primo ponit operationem in communi. secundo inducit quedam verba quorumdam philosophorum que ad illud pertinere videntur. ibi. (et antiqui sapere et cetera.) Dicit ergo primo quod quia antiqui philosophi diffiniebant animam secundum duo. scilicet secundum motum secundum locum et cognitionem que includit intellectum discretionem et sensum unde ex hoc quod secundum eorum operationem intelligere et sapere est quoddam sentire: quia tamen sentiendo quam intelligendo anima iudicat et cognoscit.

Deinde cum dicit.

Et antiqui sapere et sentire idem esse aiunt: sicut Empedocles dixit. ad primum voluntas augetur: et in hominibus et in aliis: unde eis semper sapere altera prestat. Idem autem his vult: et id quod est Homeri. Talis enim intellectus est in terrenis hominibus qualem ducit in diebus pater virorumque deorumque.

Ostendit quod non solum hoc sequitur ex hoc quod in communi dicebant: sed expresse antiqui dixerunt: quod idem sit sapere per intellectum et sentire. Ut autem intelligantur verba philosophorum que inducuntur quoad propositum faciunt:

considerandum est quod nullum corpus potest directe agere in id quod nullo modo est corporeum quia igitur potentie sensitive aliquo modo sunt corporee: quia sunt virtutes in corporeis organum: immutari possunt ex actione corporum celestium per accidens tamen: quia neque anima neque anima virtus mouet nisi per accidens motu corpore. et propter hoc contingit quod ex impressione corporum celestium variatur et phantasia et appetitus sensitivus. unde et animalia irrationalia que solo appetitu sensitivo aguntur in suis motibus ut plurimum insequuntur impressiones corporum celestium. Nonne igitur quod corpora celestia habeant impressionem directe in partem intellectivam quantum ad intellectum et voluntatem: est ponere quod voluntas et intellectus sunt virtutes corporee. et hoc sonant verba quorundam philosophorum antiquorum. dicit enim Empedocles. quod tam in hominibus quam in aliis animalibus (voluntas augetur) id est incitatur ad agendum (ad presens) scilicet secundum presentis horre dispositionem. que quidem dispositio dependet ex dispositione corporum celestium unde presens tempus vel hora (eis) id est hominibus et aliis animalibus (prestat se sapere altera) diversis enim horis et temporibus diversa diversimode homo et alia animalia inveniuntur iudicare de rebus. Et ad idem pertinet illud verbum homeri: (Talis autem est intellectus in terrenis hominibus: qualem pater virorum deorumque.) id est sol. (ducit in die. Dicit autem sol pater virorum: quia est aliqua causa humane generationis: homo enim generat hominem et sol. dicit autem pater deorum: vel propter corpora celestia que antiqui deos appellabant: que secundum astrologos quodammodo a sole regulantur: vel propter homines quos deificari credebant qui virtute solis generantur: virtus autem solis est in die: quia in die nobis apparet dum mouetur in superiori emisphero: unde et ab astrologis dicitur planeta diurnus. vult ergo homerus dicere quod homines terreni intellectum sortuntur ex actione solis: et quod secundum diversitatem motus et situs et aspectus solaris diversimode se habent in intelligendo. Sciendum est autem quod hunc versum homeri Aristoteles non totum posuit: sed solum principium: unde nec in greco: nec in arabico plus habetur quam hoc: talis enim intellectus est: ut sic intelligatur hoc dictum sicut consuevit minus inducentes aliquem versum alicuius actoris tantum ponere principium: si versus sit notus. Sed quia hic versus homeri non erat notus apud latinos: boetius totum posuit. Datet ergo ex hoc quod hic dicitur quod si corpora celestia habent directe impressionem in intellectum et voluntatem idem est ac si ponatur quod intellectus est idem cum sensu. In directe vero impressio corporum celestium. potest pertinere ad intellectum vel voluntatem: prout intellectus. et voluntas coniunguntur in sua operatione virtutibus sensitivis. Ite enim organo phantasia impeditur intellectus in sua operatione et ex appetitu sensibili inclinatur voluntas ad volendum vel nolendum aliquid: quia tamen voluntas non ex necessitate trahitur ab appetitu sensibili: sed semper ei liberum manet sequi inclinationem appetitus sensibilis vel non sequi: ideo corpora celestia nullam necessitatem humanis actibus inducunt.

Deinde cum dicit.

Omnes enim in intelligere corporeum sicut sentire opinantur. Et sentire et sapere simile simili: sicut secundum principia rationibus determinauimus.

Ostendit causam positionis: manifestum est enim quod remota differentia qua aliqua ad invicem differunt remanent idem: sicut si rationale auferatur ab homine remanebit de numero irrationalium animalium: hoc autem est differentia qua differt cognitio intellectiva a sensitiva quod sentire est aliquid corporeum. non enim operatio sensus est sine organo corporali: intelligere autem non est aliquid corporeum quia operatio intellectus non est per organum corporeum ut infra ostendetur. Ideo ergo antiqui ponebant sensum et in

Le. 10.

tellectum idem: q: opinabantur q: intelligere esset aliqd corporeum: sicut & sentire. Quid aut vtrunqz ponerent aliquid corporeum pñr ondit p hoc q: ponebant tam sa pere secundum intellectũ q: sentire contingere p virtutẽ similitudinis: sicut in pmo li. dictum est: & intelligebant similitudinẽ fm esse corporeum puta q: p terrã cognoscitur terra: & p aquã aqua. & sic de aliis. vnde sequebatur q: sentire & intelligere psequerent naturam corpoream & eodez mō: & sic sentire & intelligere sequit esse idem.

Deinde cū dicit.

Et tamẽ oportuit simul ipsos de deceptiõẽ dicere: magis proprium. n. est animalibus & plurimũ tempus in hoc perficit anima: vnde necesse aut vt quidam dicunt omnia que vident esse vera: aut dissimilis tactum deceptionem esse. Hoc enim contrarium ei q: simile simili cognoscere.

Improbatur predictam positionem: & primo quantum ad causam: scdo quantum ad ipsam positionẽ. ibi. (qd q: dem igitur.) Dicit ergo pmo q: phi assignates cam cognitionis esse similitudinem cognoscẽtis ad cognituz de bnerit assignare aliquã cam et deceptionis: q: deceptio videtur esse magis propria animalibus q: cognitio fm conditionẽ sue nature. videmus. n. q: homines ex seipsis decipi pñt & errare. Ad hã ar q: veritatẽ cognoscant: o: q: ab alijs doceantur. Et itex pluri tpe aia est in deceptione q: in cognitione veritatis: q: ad cognitionem veritatis vix puenitur post studiũ lōgi tps. Et hã qdam rō efficax est cõtra antiquos phos: qui ponebat cognitionez inesse aie ex sui natura. q. aia ex hã q: constituta est ex pncipijs hãt q: nō solũ sit in potentia ad cognoscibilia. sed q: sit actu cognoscẽs: pōt aut ad hã dupliciter rñderi: vno mō vt dicat q: antiq phi nō credebant aliquã deceptionẽ eẽ. ponebat .n. q: oia q: vident sunt vera vt supra dictũ ẽ: & iō n̄ oportebat q: assignaret cam deceptionis: alio mō pōt rñderi q: ex hã ipso qd dicebat cam cognitionis eẽ ex hã q: aia tangit sibi dissimile. Hoc ẽ ergo q: peludit q: q: antiq phi non assignauerũt cam deceptiõis aie necesse ẽ q: aut oia q: vident vera sint: vt qdã dixerũt: Aut q: tactus quo aia tangit rē dissimilẽ sit deceptiõis cã: tangere. n. dissimile videtur esse p̄trarium ad cognoscere sibi simile. p̄mũ autẽ reprobatum est in quarto metaphysice.

Le. 2.

Le. 12.

Unde procedit ad inquirendum fm cū dicit.

Videtur autem & deceptio & scientia contrariorum eadem esse.

Manifestũ est. n. q: dissimile & simile sunt p̄traria s: circa contraria eodẽ mō se h: hõ ad cognitionẽ & deceptiõem: quia qui cognoscit vnum contrariorum cognoscit & aliud: & qui errat in vno errat in alio. Et hoc est q: dicit q: scientia & deceptio videt eadez esse contrarior: non ergo est possibile q: tactus rei similis sit cã vere cognitionis: & tactus rei dissimilis sit cã deceptionis: quia tunc esset scientia de vno p̄trioruz: & deceptio de alio.

Deinde cum dicit.

Co. 152.

Quod quidem igitur non idem sit sapere & sentire: manifestum est: hoc quidem. n. in oibus est: illud autem in paucis animalium ẽ.

Improbatur positionem ostendens q: neqz sapere neqz intelligere est idem q: sentire. hec enim duo intellectiue cognitioni attribuantur: intellectus enim h: iudicare q: hã dicitur sapere: & apprehendere q: hoc dicitur intelligere. Primo ergo ondit: q: sentire nō sit idẽ q: sapere tali rōne. Sentire inest oibus animalibus. sapere aut non inest oibus s: paucis: ergo (sapere) non est idem qd sentire. Dicit aut q: sapere inest paucis animalium: & non q: in: s: solis hominibus: q: etiam quedam animalia partici-

pant aliquid prudentie & aliqd sapiẽtie. s. q: recte iudicãt de agẽdis p estimatione in nãlem.

Secundo ibi.

Sed neqz intelligere in quo est & recte & non recte. Recte quidem prudentia & scientia aut opinio vera. Non recte autem contraria horum. Neqz hoc est idem cum ipso sentire. Sensus qdẽ. n. propriorũ semper verus est: & in omnibus inest animalibus: Intelligere autẽ contingit & falso: & nulli inest cui nō & rō.

Probat qd intelligere nō sit idẽ qd sentire per duo media. Quorum primũ tale est. Intelligere ptingit recte & nō recte: recte qdẽ ptingit intelligere s: sciam que ẽ speculabilis & necessarior: vel fm prudentiã q: est recta rō ptingentiũ agibiliũ: vel fm opionem verã q: se h: ad vtrunqz: nō tñ determinate ad alter: oppositor: sicut scia & prudentia: sed ad vnũ cū formidie alteri. (Nō recte) autẽ ptingit intelligere. s: eo: p̄ria. i. fm sciam sciam & scdm imprudentiã & scdm opionem sciam. Sentire aut non ptingit nisi recte: q: sensus circa p̄ria scibilia semp verus est: ergo sentire & intelligere nō sunt idẽ. Et q: posset aliqz dicere q: recte intelligere sit idẽ qd sentire: iō adiũgit aliud mediũ ad hã excludẽdũ q: tale sentire (est oibus animalib) intelligere aut nō: sed solis illis qbus inest rō. s. hominibus q: p inquisitionem rōnis apprehensionẽ veritatis intelligibilis cõsecunt q:uis sbe separe q: sũt altioris itellectus statim absq: inquisitione veritatis intelligãt: ergo & recte intelligere n̄ idẽ est q: sentire. Deinde cū dicit.

Co. 153.

Phantasia. n. alterũ est & a sensu & ab itellectu. Et hec n̄ fit sine sensu: & sine hac n̄ ẽ opio.

Ostendit q: opio q: sequitur intellectũ sit aliud a phantasia que sequitur sensum & circa h. d. s. pmo ondit qd phantasia nō est opinio: scdo inquit qd sit phantasia. ibi. (Sẽ aut qd est itelligere.) Circa p̄mũ tria facit. pmo pponit qd intedit & dicit qd ex hã ẽt apparet qd. sensus & itellectus differunt. q: phantasia aliud est a sensu & ab intellectu: & tñ phantasia non fit sine sensu: q: psequit sensũ: vt postea dicit: & sine phantasia n̄ fit opio ita. n. vt se hãre phantasia ad sensũ: sicut opio ad itellectũ. In reb: aut sensibilibus cū aliqd sentimus asserim? sic esse. Cũ aut fm phantasia aliquid v: nō asserim? sic esse: sed sic videri vel apparere nobis a visioẽ. n. vel apparitione sumitur nomen phantasia: vt infra dicit. Et sũr circa itelligibilia cū aliquid intelligim? asserim? sic esse: cū aut opinamur dñis sic videri vel apparere nobis: sicut. n. itelligere requirit sensũ: ita & opinari requirit phantasia.

Le. 154.

Secundo ibi.

Quod autem nō est eadez phantasia & opinio manifestum: hec quidem. n. passio in nobis est: cum volumus. P̄re oculis eniz est facere sicut in recordatiuis positi & idolum sunt facientes. Opinari autem non in nobis est. Necesse enim falsum aut verum dicere.

Probat qd nō sit idẽ opio & phantasia duab: rōibus. quaz p̄ria talis ẽ. passio phantasia est i nobis cū volumus q: i p̄tate nostra est formare aliquid. q. appens an oculos nostros: vt mōtes aureos vel quicquid volum?: sicut p̄ de illis qui recordantur & formant sibi idola eorum que sibi videntur ad votum: sed opinari non est in potestate nostra: q: necesse est qd opinans habeat rationẽ per q: opinetur vel verum vel falsum. ergo opinio non est idẽ qd phantasia.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile statim compatimur. Si militer autem est & si confidendum. Secun-

Co. 155.

dum phantasia autem similiter nos habemus sicut si essemus considerantes in pictura difficilia & confidentia.

Que talis est. Opinionem statim sequitur passio in appetitu: quia cum opinamur aliquid esse graue vel terribile statim committimur tristitudo vel timendo. Et si sit aliquid confidendum. i. de quo aliquis debeat confidere & sperare: statim sequitur spes vel gaudium. Sed ad phantasia non sequitur passio in appetitu: quia dum aliquid apparet nobis sine phantasia sicut nos habemus ac si confideremus in pictura aliquid terribilia vel sperabilia: ergo opinio non est idem quod phantasia. Huius autem differentie ratio est: quia appetitus non patitur neque mouetur ad simplicem apprehensionem rei qualem proponit phantasia. Sed opinio appropinquat sub ratione boni vel mali conuenientis vel nocui: & hoc facit opinio in hominibus proponendo vel dinidendo dum opinatur si est terribile vel malum: illud autem esse sperabile vel bonum: phantasia autem non proponit neque dinidit: patitur tamen appetitus animalium ab estimatione naturali que hoc operatur in eis quod opinio in hominibus.

Tertio ibi.

Sunt autem & ipsius acceptionis differentie scientia & opinio & prudentia & contraria horum: de quorum differentia altera sit ratio. Dicitur quod cum ad intellectualis acceptionem multa pertineant. scilicet scientia: prudentia: opinio: & contraria horum: de horum differentia non est hoc agendum: sed alibi. scilicet in. vi. et. b.

lectio quinta.

Deo autem quod est intelligere quod niam alterum est ab eo quod est sentire. Huius autem aliud phantasia esse videtur: aliud opinio. De phantasia de terminantes sic & de altero dicendum est.

Postquam phantasia ostendit quod phantasia non est opinio sed incipit ingredi quod sit. & primo dicitur de eo quod est intentio. secundo per se. ibi. (Si igitur phantasia.) Dicitur ergo primo quod cum ostendit sit: quod intelligere est aliud quam sentire: & ad unum horum pertinet opinio. scilicet ad intellectum: ad aliud autem phantasia. scilicet ad sensum. Postquam de terminatum est de sensu: dicendum est de phantasia: ut sic postmodum determinetur de altero scilicet de intellectu & opinione.

Deinde cum dicit.

Si igitur phantasia est secundum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus: & si non aliquid secundum methaphoram dicimus una quedam potentia est harum aut habitus secundum quam discernimus: aut verum aut falsum dicimus: huiusmodi autem sunt sensus opinio: scientia: & intellectus.

Prosequitur intentus & circa h. d. f. primo ostendit quod phantasia non est aliquid potentiarum vel habituum manifestorum quod discernunt vel indicant verum & falsum: secundo ostendit quod sit. ibi. (Sed quoniam accidit motus.) Circa primum tria. scilicet primo distinguit potentias & habitus quibus aliquid discernitur. secundo ostendit quod phantasia non est aliquid eorum. ibi. (Quod quidem igitur non sit sensus.) tertio ostendit quod non est aliquid oppositum ex eis. ibi. (manifestum igitur quoniam.) Dicitur ergo primo quod cum phantasia sit secundum quam nobis fieri aliquid phantasma id est aliquid apparibile: nisi forte accipiamus phantasmata methaphorice: necesse videtur quod sit aliquid numero habituum vel potentia cognoscitivarum quibus discernitur unum ab alio: aut quibus circa aliquid dicimus verum vel falsum: sed est erramus vel non erramus: nam appere est aliquid discernere & dicere verum vel falsum: potentie autem vel habitus quibus discernimus & dicimus verum & falsum videtur esse hec quattuor: sensus: intellectus: opinio: & scientia. unum quod phantasia sit aliquid horum quattuor. ponit autem hec quattuor.

quattuor. quia nota. alia autem que ad cognitionem videtur pertinere mundum erant suo tempore per certitudinem scita. ipse autem iam supra distinxit intellectum a sensu. unum propter sensum conuenienter tria alia. scilicet intellectum: opinionem: & scientiam. Et videtur quod intellectus non accipiatur sed per potentiam: sic. n. contra intellectum non dividerentur scientia & opinio que ad potentiam intellectivam pertinent. Sed intellectus accipitur pro certa apprehensione eorum que absque inquisitione nobis innotescunt: sicut sunt prima principia. Scientia vero per cognitionem eorum de quibus certificamur per certitudinem vel investigationem rationis. Opinio autem per cognitionem eorum de quibus certum iudicium non habemus. Unum et dicitur quod phantasia est habitus vel potentia de numero eorum. ad ostendendum quod inter hec aliquid est ut potentia & aliquid ut habitus. Cognoscere autem possumus quod hec tamen apprehensionis principia apud antiquos nota erant: ex positione platonis superius in. i. li. posita: qui solus habet quattuor: ad numeros reduxit attribuens intellectum unum: scientiam dualitatem: opinionem triario: sensum quaternario.

Deinde cum dicitur Quod quidem igitur non sit sensus: manifestum ex his est. Sensus quidem enim aut potentia aut actus est: ut visus & visio: phantasia autem aliquid & nullo horum existeret ut quod in somnis. Ostendit quod phantasia non est aliquid dictorum. Et circa h. tria facit. primo ostendit quod non sit sensus: secundo quod non sit intellectus sine scientia. ibi. (At vero quia semper.) tertio quod non sit opinio. (relinquitur igitur.) Circa primum tria facit. primo ostendit quod phantasia non sit sensus: neque secundum potentiam neque secundum actum: & ratio est talis. Dormiens aliquid phantasia: sed autem non sit secundum sensum in potentia: quia sensui in potentia existit nihil appareret: nec secundum sensum in actu: quia in sono non est sensus in actu: ergo phantasia non est sensus in potentia neque sensus in actu.

Secundo ibi.

Postea secundum potentiam sensus quidem semper adest viventibus & non orbatis phantasia autem non.

Ostendit quod phantasia non sit sensus in potentia & est ratio talis sensus in potentia semper adest animalibus. phantasia autem non semper animalibus aliquid appareat: ergo phantasia non est sensus in potentia.

Tertio ibi.

Si vero ei quod actu idem: omnibus uti contingere bestiis phantasia inesse: videtur autem non bestiis: ut formice aut api aut vermibus.

Ostendit quod phantasia non sit sensus secundum actum quattuor rationibus. quarum prima talis est. sensus secundum actum conuenit omnibus bestiis. i. animalibus: irrationalibus si igitur phantasia esset idem quod sensus in actu sequeretur quod inesset omnibus animalibus irrationalibus: sed autem non est verum: non enim inest formice aut api. aut vermibus. ergo phantasia non est sensus secundum actum.

Considerandum est autem quod omnia animalia habent quodammodo phantasia: sed animalia imperfecta habent phantasia determinatam sicut infra dicitur per se. Sed hoc non est verum de formica & api: in quarum operatione plurimum prudentie apparet. Sed sciendum est quod opera prudente formice & apis operantur naturali inclinatione: non ex hoc quod habent phantasia determinatam & distinctam a sensu. non enim phantasia tur aliquid nisi dum mouentur a sensibili. quod autem operantur propter finem. quod prouident in futurum non contingit ex hoc quod habeant aliquam imaginationem ipsius futuri: sed imaginantur actus presentes qui ordinantur ad finem ex naturali inclinatione magis quam ex apprehensione. Illa autem animalia dicit philosophus phantasia habere: quibus aliquid sine phantasia apparet: etiam dum non actu sentitur.

Secundam rationem ponit ibi.

Postea hi quidem veri semper: phantasia autem plures false.

Que talis est sensus secundum actum semper sunt veri: si. n. sensus decipitur circa proprium sensibile: sed phantasia

lec. 8.

Co. 156

Co. 155

ut plurimum sunt false: non enim rñdit res imaginationi ut plurimum ergo phantasia non est sensus secundum actum.

Tertiam rationem ponit ibi.

Amplius autem non dicimus: cum ope remur certe circa sensibile: quoniam videtur hoc nobis homo: sed magis cum non manifeste sentimus: tunc et aut verus aut falsus.

Que talis est. Cum operatur cum certitudine circa sensibile actu. si ipsum sentiendo non dicimus quod videtur nobis homo: sed magis dicimus cum non manifeste sentimus: sicut cum a remotis aliquid videmus: vel cum videmus aliquid in tenebris. Et tunc sensus secundum actum aut est verus aut est falsus. circa sensibile. non per accidens cuiusmodi sensibile est homo: non semper sensus est verus: sed quicquid decipitur. Addit autem hoc ut ostendat convenientiam inter sensum et manifestum et phantasia: que est quicquid est vera quicquid falsa est. cum autem manifeste aliquid phantasiatur: dicimus quod videtur nobis homo et non quod per certitudinem sit homo. ergo phantasia non est idem quod sensus in actu.

Quartam rationem ponit ibi.

Et quod quidem diximus apparent et dormientibus visiones.

Que talis est phantastice visiones apparent dormientibus: in eis autem non est sensus secundum actum: ergo phantastica visio non est sensus secundum actum. **D**einde cum dicit.

Co. 157.

At vero neque semper vera dicentium neque una erit. ut scientia aut intellectus. Est enim phantasia et vera et falsa.

Ostendit quod phantasia non sit intellectus: neque scientia. intellectus enim primorum principiorum et scientia de conclusionibus per demonstrationem acquisita: sunt verorum: phantasia autem quicquid est falsa ergo phantasia non est intellectus neque scientia. **D**einde cum dicit.

Relinquitur igitur videre si opinio sit. Sit enim et opinio et vera et falsa. Sed opinioni quidem inberet fides. Non enim contingit opinantem de quibus non videtur credere. Bestiarum autem nulli inest fides: phantasia autem multis.

Ostendit quod phantasia non sit opinio quod magis videbatur: quia opinio est quicquid est falsa sicut phantasia. Ostendit autem hoc duabus rationibus. Prima quarum talis est. Opinione sequitur fides non enim videtur esse convenienter: quod aliquis non credat id quod opinatur: et sic cum nulla bestia habeat fidem: nulli bestiarum inest opinio. sed phantasia inest multis bestiis ut dicitur. ergo phantasia non est opinio. **S**ecundam rationem ponit ibi.

Amplius si omnem opinionem consequatur fides: fidem autem suam esse. suam rationem autem ratio. Bestiarum autem quibusdam phantasia inest ratio vero non.

Que talis est ad omnem opinionem consequitur fides: quia unusquisque credit illud quod opinatur: ut dictum est: sed ad fidem sequitur quod aliquis sit persuasus: ea enim credimus que nobis persuasa sunt: ad persuasionem autem sequitur ratio secundum ordinem illationis: quia per aliquam rationem aliquid alicui suadet: ergo de primo ad ultimum quicquid habet opinionem: habet rationem: nulla autem bestia habet rationem: cum tamen aliqua habeat phantasia: ergo phantasia non est opinio. Et manifestum est quod hec secunda ratio inducitur ad confirmandum primam questionem ad hoc quod prima superponebat: quod nulla bestia habet fidem. **D**einde cum dicit.

Co. 158

Manifestum igitur quoniam neque opinio cum sensu neque per sensum neque complexio opinionis et sensus erit phantasia propter hoc. **O**stendit quod phantasia non est aliquid compositum ex

premissis: et precipue ex sensu et opinione: ex quibus magis posset videri esse composita. Et circa hoc tria facit. primo ponit quod intendit. quod ex premissis concludens. Dicit ergo primo quod quia phantasia neque est sensus neque opinio manifestum propter hoc esse potest quod phantasia nec opinio est cum sensu: ita quod essentialiter sit opinio: et habeat sensum concomitantem. neque opinio est per sensum: ita quod essentialiter sit opinio: sed et habeat sensum causantem: neque est complexio opinionis et sensus: ita quod essentialiter proponatur ex utroque: non autem addit quod non sit phantasia sensus cum opinione: quia phantasia magis videtur conicere cum opinione quam potest esse falsa: quam cum sensu qui est semper verus.

Secundo ibi.

Et manifestum quod non alia quedam est opinio: sed illa que quidem cuius est et sensus. Dico autem ex albi opinione et sensu complexio phantasia est. Non enim ex opinione quid est albi: ex sensu autem boni. Apparete igitur est opinari: quod quidem sentitur non secundum accidens.

Ostendit qualiter oportet accipi opinionem si phantasia complectitur opinionem et sensum: quia enim phantasia est unius et eiusdem: manifestum est quod opinio adiecta sensui qui est phantasia: non est alia quedam opinio: sed illa que est de eodem de quo est sensus. sicut si dicamus quod phantasia est quedam complexio ex opinione albi et sensu eiusdem: non enim potest esse composita ex opinione albi et sensu boni: quia sic phantasia non esset de uno et eodem: oportet igitur si phantasia est ex complexione opinionis et sensus: quod apparere aliquid secundum phantasia: nihil aliud sit quam opinari aliquid idem quod sentitur per se et non secundum accidens. **T**ertio ibi.

Apparent autem et falsa: de quibus simul acceptionem veram habent: et videtur sol unus pedis: sed creditus est maior esse habitatione. Accidit igitur aut abicere sui ipsius veram opinionem quam habebat salvatam salvare non oblitum neque decredentem: aut si adhuc habet: eandem necesse veram et falsam. Sed falsa facta est: cum lateat transcendens res. Non ergo unum aliquod horum est: neque ex his phantasia.

Destruit predictam positionem tali ratione. Contigit aliquando quod aliqua falsa apparent secundum phantasia: que est a sensu: et de illis et de eisdem rebus homo habet veram opinionem. sicut secundum sensum apparet: quod sol non excedit quantitatem unius pedis quod falsum est: sed secundum veram opinionem creditur esse maior: (habitatione) id est tota terra in qua habitamus: si enim apparitio ipsa falsa sit idem quod opinio cum sensu: oportet alterum duorum dicere: quorum unum est quod in ista compositione opinionis ad sensum aliquis abiciat veram opinionem quam prius habebat: re opinata (salva) id est eodem modo manente: et ille qui abicit opinionem non sit oblitus: neque quod decredat quod est impossibile: istis enim tribus modis aliquis abicit veram opinionem: primo quando res mutatur: sicut cum aliquis vere opinatur quod socrates sedet: eo sedente sed postquam socrates sedere destiterit: si retineat opinionem eandem vera opinio mutatur in falsa. Secundo quando desinit opinari quod prius opinabatur: propter hoc quod est per se opinio oblitus. Tertio quando desinit opinari quod prius opinabatur quia decredit quod prius crederat immutatus propter aliam rationem. quod aut aliquis amittat opinionem nullo istorum contingente est impossibile

Co. 157

quod contingeret in proposito. **C**Aliud autem quod oporteret dicere si primum non dicatur est quod aliquis retineat cum falsa opinione veram opinionem: et sic si ipsa apparitio est ipsa opinio: quod necesse est ponere: si phantasia est opinio: sequitur quod eadem apparitio sit vera et falsa: sed oporteret si vera falsa facta est. Et non sit vera quod res (transcendens). i. transmutata ab eo quod prius erat lateat opinantem: quod si non lateret eum: simul commutatione rei mutaretur opinio: et non esset eius opinio falsa: hoc autem adiunxit ad exponendum quod prius dixerat de saluatione rei. **C**Concludit ergo quod phantasia neque est quid predictorum quattuor: neque est compositio ex his.

Clectio sexta.

Ed quoniam accidit motus hoc motus ueri alterum ab hoc: phantasia autem motus videtur esse: et non sine sensu fieri: sed in his que sentiunt: et quorum sensus est: est autem motus fieri ab actu sensus: et huiusmodi similem necesse est esse sensui: erit utique phantasia ipsa motus non sine sensu contingens. **N**eque non sentiētibz inesse: et multa est secundum ipsam facere et pati huiusmodi et esse veram et falsam.

Dicitur phantasia non est aliquid quod illos quattuor: quod ab antiquis ad cognitionem pertinere ponebant: hinc inquit quod sit phantasia. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quod sit phantasia. In secunda assignat rationem eorum que ad phantasia pertinent. ibi. (Hoc autem accidit.) Ad investigandum est quod sit phantasia: hoc modo procedit: primo. n. propositum quod si aliquid est motus contingit quod ab eodem aliquid aliud moueat. ostensum est. n. i. viii. phy. quod est duplex motus. scilicet mouens immobile: et mouens motus. quod. scilicet. mouet eo quod mouetur. **D**einde ponit quod phantasia est quidam motus sicuti. n. sentiens mouetur a sensibilibus: ita in phantasiando mouetur a quibusdam apparitionibus: que dicuntur phantasmata. **U**ltimus ponit affirmatam quam habet phantasia ad sensum: quia phantasia non potest fieri sine sensu: sed est tantum in habentibus sensum. scilicet. in animalibus et est illorum tantum quorum est sensus scilicet illorum que sentiunt. ea. n. que sunt intelligibilia tantum non cadunt in phantasia. **D**einde proponit quod ab actu sensus contingit quedam motus fieri: quod quidem sit manifestum ex eo quod prius proponebat. scilicet. quod ab eo quod est motus contingit moueri alterum. Sensus autem secundum actum sit ex eo quod mouetur a sensibilibus: unde relinquitur quod a sensu secundum actum causatur aliquis motus. **E**x quo est manifestum est quod motus causatur ab actu sensus: necesse est quod sit similis sensui: quod oporteret agere sibi sibi. unde et illud quod mouet in quantum mouetur causat motum similem motui: quo ipsum mouetur. **E**x omnibus autem his concludit quod phantasia sit quidam motus causatur a sensu secundum actum qui quidem motus non est sine sensu: neque potest inesse his que non sentiunt: quod si aliquis motus sit a sensu secundum actum similis motui sensus: et nihil aliud nisi phantasia inuenitur esse tale: reliquitur ergo quod phantasia erit huiusmodi motus: et ex hoc quod est motus causatur a sensu sicuti. n. sequitur quod continget huiusmodi phantasia multa agere et pati secundum eam. Et contingit eam esse veram et falsam: ut statim ostendetur. **D**einde cum dicit.

Hoc autem accidit propter hoc quod sensus proprius quidem est verus. aut quam paucissimus habet falsus. **S**ecundo autem de accidere hoc: et hoc iam contingit metiri. **Q**uod quidem. n. album non metitur. **S**i autem hoc aliud et aliud: metitur. **T**ertio autem communium et consequentium accidentia quibus insunt propria: **D**ico autem ut motus et magnitudo accidunt sensibilibus: circa que est maxime iam decipi. **S**ecundum sensus motus autem ab actu factus differt

a sensu qui ab his tribus sensibus. **E**t primum quidem presentis sensus verus: alii autem presentis et absentis erunt utique falsi et maxime cum procul sit sensibile. **S**i quidem igitur nihil aliud habet que dicta sunt nisi phantasia: hoc autem est quod dictum est. **P**hantasia utique erit motus a sensu secundum actum factus.

Assignat rationem eorum que conueniunt phantasiae per ea que dicta sunt. **E**t circa hoc tria facit. primo assignat causam eius quod dixerat: quod phantasia quandoque sit vera: et quandoque falsa: secundo assignat causam huiusmodi. ibi. (quonia autem visus.) tertio assignat causas eius quod dixerat quod animalia multa agunt secundum phantasia. ibi. (et quoniam immanent.) **D**icit ergo primo quod b. scilicet. phantasia esse quandoque vera: et quandoque falsa: accidit propter hoc quod dicitur. quia. scilicet. sensus a cuius actu causatur phantasia diuersimode se habet ad veritatem et falsitatem secundum quod comparatur ad diuersa. nam primo quidem circa propria sensibilia semper verus est aut modicus habet de falsitate: sicut enim potentie naturales non deficient in propriis operationibus: nisi in minori parte propter aliquam corruptionem: sic etiam sensus non deficient a vero iudicio propriorum sensibilibus nisi in minori parte propter aliquam corruptionem organi: ut apparet in febrientibus quibus propter indispositionem lingue dulcia amara esse videntur. **S**ecundo autem sensus est circa sensibilia per accidens: et huiusmodi iam decipitur sensus: quod enim album sit quod videtur non mentitur sensus: sed si album sit huiusmodi: aut illud: puta vel nix vel farina vel aliquid huiusmodi: huiusmodi iam contingit mentiri sensus et maxime remotis. **T**ertio sensus est sensibilium communium que consequuntur sibi in quibus sunt accidentia que sunt sensibilia propria: sicut magnitudo et motus que sunt sensibilia communia accidunt sensibilibus corporibus. **E**t circa huiusmodi maxime est deceptio: quia iudicium de his variatur secundum diuersitates distantie: nam quod a remotiori videtur: minus videtur: motus autem phantasiae qui est factus ab actu sensus differt ab istis tribus sensibus. i. actibus sensus: sicut effectus differt a causa. **E**t propter hoc etiam: quod effectus est debilius causa: et quanto magis aliquid elongatur a primo agente: tanto minus recipit de virtute et similitudine eius: ideo in phantasia facilius adhuc quam in sensu potest incidere falsitas que consistit in dissimilitudine sensus ad sensibile: tunc. n. est falsus sensus quando aliter recipit forma sensibilis in sensu quam sit in sensibili. **E**t dico aliter secundum speciem: non secundum materiam: puta si sapor dulcis recipiatur in lingua secundum amaritudinem: sed vero materiam semper aliter recipit sensus quam habeat sensibile: omnis igitur motus phantasiae qui fit a motu propriorum sensibilibus est verus: ut in pluribus et hoc dico quantum ad presentiam sensibilis. quando motus phantasiae est simul cum motu sensus. **S**ed quando motus phantasiae est in absentia sensus: tunc etiam circa propria sensibilia contingit decipi: imaginatur enim quodammodo absentia: ut alba licet sint nigra. sed alii motus phantasiae qui causantur a sensu sensibilium per accidens: et a sensu sensibilium communium possunt esse falsi siue sit presentis sensibile: siue non: sed maxime sunt falsi in absentia sensibilis quando est procul. tamen magis sunt falsi in absentia sensibilis quam quando sunt procul. **E**x hac autem ratione assignata concludit ulterius principale propositum dicens quod si ea que dicta sunt non conueniunt nisi phantasiae: et phantasia habet quod dictum est: reliquitur quod phantasia sit motus a sensu factus in actu. **U**ltimus autem iste motus aliam potentiam requirat quam sensitivam: **A**ristoteles hoc non determinat: **S**ed videtur quod cum secundum diuersitatem actuum distinguantur potentie et diuersitas motus requirat diuersa mobilia: quia quod mouetur non mouet seipsum sed alterum: necessarium videtur quod sit alia potentia phantastica siue imaginatiua a sensu.

Deinde cum dicit.

Co. 162.

Quoniam autem visus maxime sensus est: et nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine non est videre.

Sec. 6.

Assignat causam huius nominis. Circa quod sciendum est quod philosophus in greco id est est quod lux: et inde venit phantasia. Dicit ergo quod visus est precipuus inter alios sensus: eo quod est spiritualior: ut supra ostensum est et plurimum cognoscitivus: ideo phantasia que causatur a sensu secundum actum: accipit nomen a lumine. sine quo non est videre: ut supra dictum est.

Deinde cum dicit.

Et quoniam immanent: et simile sunt sensibus: multa secundum ipsos operantur animalia. Alia quidem quia non habent intellectum: ut bestie. Alia vero ex velamento intellectus: aliquando passione aut egritudine aut somno: ut homines. De phantasia quidem igitur quod est et propter quid est: dictum sit intantum.

Ostendit causam quare animalia agunt et patiuntur secundum phantasia. et dicit quod phantasia (immanent) id est perseverant: etiam abeuntibus sensibilibus et sunt similes sensibus secundum actum: unde sicut sensus secundum actum movent appetitum ad presentiam sensibilis: ita et phantasia in absentia sensibilis. Et propter hoc dicit quod animalia multa operantur secundum phantasias: sed hoc contingit propter defectum intellectus: quia cum intellectus adest: quia est superior eius iudicium prevaleat ad agendum. unde quando intellectus non dominatur: agunt animalia secundum phantasia: alia quidem quia omnino non habent intellectum sicut bestie: (alia quidem quia habent intellectum) velatum: sicut homines: quod contingit tripliciter: quandoque quidem ex aliqua passione ire aut concupiscentie vel timoris: aut aliquid huiusmodi. quandoque autem accidit ex aliqua infirmitate. sicut patet in freneticis vel furiosis: quandoque autem in somno: sicut accidit in dormientibus. ex istis. n. causis contingit quod intellectus non prevaleat phantasia: unde homo sequitur apprehensionem phantasticam: quasi veram.

Ultimo concludit de phantasia: quod dictum est quod sit et que sit eius causa.

Lectio septima.

Co. 164.

Ex parte autem anime qua cognoscit anima et sapit: siue separabili existente: siue non separabili secundum magnitudinem sed secundum rationem: considerandum quam habet differentiam et quomodo quidem sit ipsum intelligere.

Postquam philosophus determinavit de parte anime sensitive: et ostendit etiam quod sentire et intelligere non sunt idem: hic incipit determinare de parte anime intellectiva et dividit in partes duas. in prima dicitur de intellectu: in secunda ex his que determinata sunt de sensu et intellectu: ostendit quid sit de anima sentiendum. ibi. (Nunc autem de anima.) Prima dividitur in partes duas. in prima determinat de intellectu. in secunda comparat ipsum ad sensum. ibi. (Uides autem sensibile.) prima dividitur in duas: in prima determinat de intellectu: in secunda de operatione eius. ibi. (indivisibilium.) prima dividit in tres. in prima dicitur de intellectu possibili. In fine de intellectu agente. ibi. (quoniam autem sicut in omni.) in tertia de intellectu in actu. ibi. (Idem autem est secundum actum.) Circa primum tria facit: in prima determinat de intellectu possibili: in secunda de obiecto eius. ibi. (Quoniam autem aliud.) In tertio monet dubitationem circa pre-determinata. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Circa pri-

mam duo facit. primo ostendit naturam intellectus possibilem. secundo ostendit quomodo reducat in actum. ibi. (Cum autem sic singula.) Circa primum duo facit. primo ostendit de quo est intentio. secundo ostendit propositum. ibi. (si igitur est intelligere.) Dicit ergo primo quod postquam determinatum est de parte anime sensitive: et ostensum est quod sapere et intelligere non est idem quod sentire: considerandum est nunc de parte anime: (qua cognoscit anima) id est intelligit: (et sapit.) Supra autem dictum est: quod differentia est inter sapere et intelligere: nam sapere pertinet ad iudicium intellectus: intelligere autem ad eius apprehensionem. Circa hanc autem partem aliquid est quod premit de quo erat apud antiquos dubium: videlicet hec pars anime sit separabilis ab alijs partibus anime sive sibi sive non sit separabilis sibi sive ratione tamen. Intellegit autem esse separabile subiecto per hoc quod dicit esse separabile secundum magnitudinem: per platonem qui ponens partes anime subiecto ad invicem separatas attribuit eis organa in diversis partibus corporis. hoc est ergo quod premit. Sed duo sunt que ingrediuntur. quorum primum est si sit separabilis secundum rationem hec pars anime ab alijs: quia differentiam habet ad alias. Et quia proprietates potentie ex qualitate actus cognoscit: secundum quod ingrediuntur intus est: (quomodo sit ipsum intelligere) id est quomodo operatio intellectualis compleatur.

Deinde cum dicit.

Si igitur est intelligere sicut sentire aut pati aliquid: utique erit ab intelligibili: aut aliquid huiusmodi alterum. Impassibile ergo oportet esse: susceptivum autem speciei et potentia huiusmodi. sed non hoc. et similiter se habere sicut sensitivum ad sensibilia. sic intellectivum ad intelligibilia.

Ostendit propositum. et circa hoc tria facit. primo proponit similitudinem intellectus ad sensum. Secundo ex huiusmodi similitudine concludit naturam intellectus possibilem. ibi. (necesse est itaque.) Tertio ostendit ex his que de intellectu probaverat differentiam inter intellectum et sensum. ibi. (Quoniam autem non similis.) Primo igitur ex huiusmodi suppositione procedit ad propositum ostendendum: quod intelligere est simile ei quod est sentire: que quidem similitudo ex hoc manifesta est: quod sicut sentire est quoddam cognoscere: et sentimus quandoque quidem in potentia: quandoque autem in actu: sic et intelligere cognoscere quoddam est: et quandoque quidem intelligimus in potentia et quandoque in actu. Et hoc autem sequitur quod cum sentire sit quoddam pati a sensibili aut aliquid simile passioni: quod intelligere sit vel pati aliquid ab intelligibili: vel aliquid alterum huiusmodi sive. s. passioni: horum autem duorum secundum verum est: nam sentire ut supra in secundo dictum est: non proprie pati est: patitur enim proprie aliquid a contrario. sed aliquid habet simile passioni in quantum sensus est in potentia ad sensibile: et est susceptivus sensibilium: ergo si intelligere est simile ei quod est sentire: et partes intellectivam oportet esse impassibilem. passione proprie accepta: sed oportet quod habeat aliquid simile passibilitati. quia oportet huiusmodi partem esse susceptivam speciei intelligibilis: et quod sit in potentia ad huiusmodi speciem: sed non sit hoc in actu. Et sic oportet quod sicut se habet sensitivum ad sensibilia similiter se habet intellectivum ad intelligibilia: quia utrumque est in potentia ad suum obiectum et susceptivum eius.

Deinde cum dicit.

Necesse est itaque quoniam omnia intelligit immixtum esse: sicut dicit Anaxagoras: ut imperet: hoc autem est ut cognoscat. intus apparet. n. prohibebit extraneum: et obstruet. Quare neque ipse est esse naturam neque unum.

Co. 2.

Co. 3.

Lec. 17.

Co. 4.

Co. 5.

Tertius

sz aut hoc q̄ possibilis sit vocatus itaque ani-
me intellectus. Dico autem intellectum quo
opinatur & intelligit anima: nihil est actu eorū
que sunt ante intelligere.

CEx premissis ostendit naturam intellectus possibilis.
Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ intellectus pos-
sibilis nō est aliquid corporeū vel cōmixtū ex rebus cor-
poralibus: secundo ostendit q̄ nō habet organū corpale.
Ibi. (vnde neq̄ misceri.) Cōsiderādū est ergo circa pri-
mum q̄ antiqui de intellectu dupliciter opinati sunt. qdā
enim posuerūt q̄ intellectus erat compositus ex principiis
omniū: ad hoc q̄ cognosceret oīa: & hāc supra dixit esse
opinionem. empe. Anax. v̄ro dixit intellectū esse simpli-
cem & imixtū: & nulli rerū corporalium habere aliqd̄ cōe.
Ex eo ergo q̄ dictū est: q̄ intellectus non est actu intelli-
gens: sed potentia tantum: concludit q̄ necesse est intelle-
ctum pp̄ hoc q̄ intelligit oīa i potentia: non esse mixtum
ex reb⁹ corporalibus sicut empe. posuit: sed esse imixtū
sicut dixit anaxag. Et quidē anaxag. hoc dixit hac ratiōe
motus: q̄ posuit intellectum esse principium totius mot⁹
a quo oīa mouentur secundū eius imperium. Si autem esset
mixtus ex naturis corporalibus vel haberet aliquā eorū
determinate: nō posset oīa mouere suo ip̄rio: q̄ deter-
minaret ad vnum. Et hoc est qd̄ dicit q̄ anax. posuit in
intellectum esse imixtū: (vt imperet). i. vt suo imperio
oīa moueat. sed q̄ nos nūc nō loquimur de intellectu qui
oīa mouet: sed de intellectu quo oīa intelligit: illud medi-
um nō est oportunitum ad ostēdendū intellectum esse im-
mixtū: sed oī aliud mediū accipere ad illud ostēdendū.
ex hoc. s. q̄ intellectus oīa cognoscit. Et hoc est quod ad-
dit: (hoc autē ē vt cognoscat). q. d. sicut anax. posuit in
intellectū esse imixtum ad hoc vt imperet: ita oī nos pōe-
re intellectū esse imixtū ad hoc vt cognoscat: quo quidē
tali rōne apparet: oē. n. quod est in potētia ad aliqd̄ & re-
ceptiuum eius caret eo ad quod est in potētia: & cuius
receptiuū: sicut pupilla q̄ est i potētia ad coloris: & re-
ceptiuā ipsorū: est carens oī colore: sed intellectus noster
sic intelligit intelligibilia q̄ est in potētia ad ea & susceptiu⁹
eorū sicut sensus sensibilium: ergo caret oib⁹ illis reb⁹
quas natus est intelligere. Cū igit intellectus noster na-
tus sit intelligere oēs res sensibiles & corporeas oī q̄ ca-
reat oī natura corporali: sicut sensus visus caret omni co-
lore: pp̄ hoc qd̄ est cognoscit coloris. si. n. haberet
aliquē colorem: ille color p̄hiberet videre alios colores
sicut lingua febicitatis q̄ h̄z aliquē humorem amarum
non potest percipere dulcem saporē. Sic etiā intellect⁹
si haberet aliquā naturā determinatam: illa natura cōna-
turalis sibi p̄hiberet eī a cognitione aliarū naturarū: &
hoc est quod dicit. (intus apparens enim p̄hibebit cog-
noscere extraneum: & obstruet). i. impedit intellectū &
quodāmodo velabit & concludet ab inspectione aliorū: &
appellat intus apparens aliquid intrinsecū cōnaturale
intellectui: qd̄ dū ei appareret. semper impediret intel-
lectus ab intelligendo alia: sicut si diceremus q̄ humor
amarus esset intus appars lingue febicitatis. Cōcludit
aut ex hoc q̄ nō cōtingit naturā intellect⁹ esse (neq̄ vnā)
i. nullā determinatam: sed hanc solam naturam habet q̄
est possibilis respectu oīam: & hoc qd̄ contingit intelle-
ctui. q̄ nō est cognoscitū tantū vnus generis sensibili-
um: sicut visus vel auditus. vel oīum qualitātū & accidē-
tium sensibilium cōmuniū vel pp̄riorum: sed vniuer-
saliter totius nature sensibilis: vnde sicut visus caret quo-
dam genere sensibilium: ita oportet q̄ intellectus careat
tota natura sensibili. et hoc aut vterius concludit: q̄ ille
q̄ vocatur intellectus aīe nihil est in actu eorū que sunt
ante intelligere: quod est contrariū ei quod antiqui po-
nebant. dicebant. n. enim ad hoc quod cognosceret oīa ei-
se compositam ex omnibus. Si autem esset cognosciti-
uus omnium: q̄ haberet in se omnia: esse semper intelle-
ctus i actu: & nunq̄ in potentia: sicut supra dixit de sensu

De anima

q̄ si esset compositus ex sensibilibus non indigeret sensi-
bilibus exterioribus ad sentiendum: & ne quis crederet
q̄ esset hoc verum de quolibet intellectu q̄ sit in poten-
tia ad sua intelligibilia anteq̄ intelligat interponit q̄ nūc
loquitur de intellectu quo anima opinatur & intelligit.
et hoc dicit vt preseruet se ab intellectu diuino. qui non
est i potētia sed est quodā modo intellectus inter oīam.
de quo intellectu anax. dixit qd̄ est imixtus vt imperet.

Deinde cum dicit.

Unde neq̄ misceri est rationabile ipsum
corpori. Qualis. n. aliquis vtiq̄ fiet. aut cale-
factus aut frigidus: si organum aliquod erit
sicut sensitiuo: nunc autē nullum est.

Co. 6.

Ostendit q̄ intellectus non habet organum corpora-
le. et primo ostendit propositū: secundo adaptat ad hoc
quoddam dictum antiquorum. ibi. (& bene iam.) Di-
cit ergo primo concludens ex predictis: q̄ si intellectus
noster ad hoc q̄ cognoscat omnia oportet q̄ non habeat
naturam aliquam determinatam ex naturis rerum cor-
poralium quas cognoscit: eodem modo rationabile est
q̄ non (miscetur corpori). i. q̄ non habeat aliquod or-
ganum corporale: sicut habet pars anime sensitina: quia
si erit aliquod organum corporale intellectui: sicut est
parti sensitine: sequitur q̄ habz aliquā naturā determi-
natam ex naturis rerum sensibilium. et hoc est quod di-
cit: (sequitur q̄ erit aliquis quali). aliquam qualitatem
sensibilem habens. vt scilicet sit actu calidus aut frigid⁹:
manifestum est enī q̄ potētia anime que est actus ali-
cuius organi: conformatur illi organo: sicut actus susce-
ptibilis: neq̄ refert quantum ad actum potētie: vtrum
autem ipsa potētia habeat aliquam qualitatem sensibi-
lem determinatam: aut organum: cum actus non potē-
tie sit solus sed compositus ex potētia & organo corpo-
reo. similiter enim impediretur visio oculorum sit po-
tētia visiva haberet colorem determinatum sine pupil-
la. et ideo dicit q̄ eiusdem rationis est ponere q̄ intelle-
ctus non habeat organum corporale: & q̄ non habeat
aliquam naturam corpoream determinatam. & ideo
subdit q̄ nullum est organum intellectiue partis: sicut
est sensitine.

Deinde cum dicit.

Et bene iam dicentes sunt animam esse lo-
cum specierum: nisi q̄ non tota sed intellecti-
ua neq̄ actu sed potentia species.

Adaptat quod dictum est opinioni antiquorum: & di-
cit q̄ ex quo pars intellectiua non habet organum sicut
pars sensitina. iam potest verificari dictum illorum qui
dixerunt q̄ anima est locus specierum: quod per similitu-
dinē dicitur: eo q̄ ē specierum receptiuā. quod quidē
non verum esset si quolibet pars anime haberet organū
quia iam species non reciperētur in anima sola: sed in cō-
iuncto. non enim visus solus est susceptiuus specierū:
sed oculus: & ideo non dicendum est q̄ tota anima sit lo-
cus specierum: sed solum pars intellectiua que organū
non habet: nec ita est locus specierū: q̄ habeat actu spe-
cies sed potentia tantum.

Deinde cum dicit.

Quoniam autē non similis sit impassibi-
litas sensitui & intellectui manifestū ē ex or-
ganis & sensu. Sensus enim non pot̄ sentire
ex valde sensibili: vt sonum ex magnis sonis.
neq̄ ex fortibus odoribus & coloribus neq̄
videre neq̄ odorare. Sz intellectus cum in-
telligat aliquod valde intelligibile: non min⁹
intelligit infima: sz & magis. Sensituum qui
dē. n. non sine corpore est. hic autē separatus.

Co. 7.

Lib. 2.
Lec. 10.

Costendit differentiam inter intellectum et sensum quā tum ad impassibilitatem: dictum est enim supra quod sicut sentire non est pati passione proprie accepta: ita nec intelligere: et ex hoc supra conclusit quod intellectus erat impassibilis: ne ergo aliquis crederet quod in eodem gradu impassibilitatis esset sensus et intellectus: subiungit huius quod non est similis impassibilitas sensitivi et intellectivi: sensus enim licet non patiat a sensibili passione proprie accepta: patitur tamen per accidens. in quantum organi proportio corrumpit ab excellenti sensibili: sed de intellectu hoc accidere non potest cuius organo careat: unde nec per se nec per accidens passibilis est: et hoc est quod dicitur quod dissimilitudo impassibilitatis sensitivi et intellectivi manifesta est ex organo et sensu: quia sensus efficitur impotens ad sentiendum ex valde sensibili: sicut auditus non potest audire sonum propter hoc quod motus est ex magnis sonis: neque visus potest videre neque olfactus odorare: ex eo quod hi sensus moti sunt propter ex fortibus odoribus et coloribus corruptentibus organum: sed intellectus quia non habet organum corporeum quod corrumpi possit ab excellentia proprii obiecti: cum intelligit aliquid valde intelligibile non minus postea intelligit infima: sed magis et idem accideret de sensu si non haberet organum corporeale: debilitatur tamen intellectus ex lesione alicuius organi corporalis indirecte: in quantum ad eius operationem regitur operatio sensus habentis organum. Causa igitur diversitatis huius est quia sensitivum non est sine corpore: sed intellectus est separatus. **E**x his autem quae hic dicuntur appareat falsitas opinionis illorum qui dixerunt quod intellectus est vis imaginativa, vel aliqua preparatio in natura humana consequens corporis complexionem: sed hoc rursus occasione verborum quaedam intantum decepti sunt ut ponerent intellectum possibilem esse a corpore separatum: sicut una de substantiis separatis: quod quidem omnino impossibile est. manifestum est enim quod hic homo intelligit, si enim hoc neget: tunc dicens hanc opinionem non intelligit aliquid: et ideo non est audiendus: si autem intelligit, oportet quod aliquo formaliter intelligat. hic autem est intellectus possibilis: de quo philosophus dicit: (dico autem intellectus quo intelligit et opinatur anima.) intellectus ergo possibilis est quo hic homo formaliter loquendo intelligit. illud etiam quo aliquid operatur sicut actus principio potest huius esse separari ab eo quod operatur, ut si dicamus quod balneus operatur per regem: quia rex monet eum ad operandum sed impossibile est illud quo aliquid operatur formaliter separari ab eo secundum esse, quod ideo est: quia nihil agit nisi secundum quod est actus: sic igitur aliquid formaliter operatur: sicut eo fit actus: non autem fit aliquid aliquo eius actu si sit separatum ab eo secundum esse: unde impossibile est quod illud quo aliquid agit formaliter sit separatum ab eo secundum esse. **I**deo hoc considerantes adinvenimus res huius opinionis: conati sunt adinvenire aliquem modum quo illa substantia separata quem intellectum possibilem dicunt: continetur et uniatu nobiscum: ut sic eius intelligere sic nostrum intelligere. Dicunt enim quod species intelligibilis est forma intellectus possibilis: per eam enim, fit in actu: huiusmodi autem speciei subiectum est quoddam phantasia quod est in nobis. Sic igitur dicunt intellectum possibilem copulari nobiscum per formam suam. Sed hoc quod dictum est nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonstrat: quod sic patet: intellectus enim possibilis non est unum cum intelligibili: nisi secundum quod intellectus est in actu: sicut neque sensus est idem cum sensibili in potentia: ut supra habitum est. Species igitur intelligibilis non est forma intellectus possibilis: nisi secundum quod est intelligibilis actu: non est autem intelligibilis actu: nisi secundum quod est a phantasmatis abstracta et remota: manifestum est igitur quod si in uniuersum intellectui est remota a phantasmatis: non igitur intellectus per hoc uniuersum nobiscum. Sed manifestum est quod actor huius positionis deceptus fuit per fallaciam accidentis: quasi sic arguens. phantasmata sunt quodammodo unum cum

specie intelligibili: species autem intelligibilis est unum cum intellectu possibili: ergo intellectus possibilis uniuersum phantasmatis. manifestum est autem quod hoc incidit fallacia accidens: quia species intelligibilis secundum quod est unum cum intellectu possibili est abstracta a phantasmatis ut dictum est. Dato tamen quod per hunc modum sit aliqua unio intellectus possibilis ad nos, non tamen haec unio faceret nos intelligentes: sed magis intellectos: id enim, cuius est similitudo species in virtute aliqua cognoscitiva existens non ex hoc fit cognoscens, sed cognitum: non enim per hoc quod species quae est in pupilla est similitudo coloris quae est in pariete, color est videns: sed magis est visus, per hoc igitur quod species intelligibilis quae est in intellectu possibili est similitudo quaedam phantasmatis: non sequitur quod nos simus intelligentes: sed quod nos vel potius phantasmata nostra sint intellecta ab illa substantia separata. **S**unt autem plura alia quae contra hanc positionem dici possunt, quae alibi diligentius pertractauimus, sed hic hoc unum sufficiat, quod ad positionem hanc sequitur quod hic homo non intelligit. **M**anifestum etiam est quod haec positio contra intentionem philosophi est, et primo quidem: quia philosophus hic ingrit de parte anime. Sic enim hunc tractatum incipit, unde manifestum est quod intellectus possibilis pars anime est: et non substantia separata. **I**tem ex hoc quod ipse procedit ad inquirendum de intellectu sine sit subiecto separabilis ab alijs partibus anime sine non, unde patet quod suus processus stat: etiam si intellectus subiecto non sit separabilis ab alijs partibus anime. **I**tem per hoc quod dicitur quod intellectus est quo anima intelligit, haec enim omnia ostendunt quod Aristoteles non dicit intellectum esse separatum: sicut sunt substantie separate. **M**irum est autem quomodo tam leuiter errauerit, ex hoc quod dicitur quod intellectus est separatus: cum ex littera sua huius rei habeatur intellectus. Dicitur enim separatus intellectus: quia non habet organum sicut sensus: et hoc contingit propter hoc: quia anima humana propter suam nobilitatem supergreditur facultatem materie corporalis: et non potest totaliter includi ab ea. Unde remanet ei aliqua actio in qua materia corporalis non comunicat, et propter hanc potentiam eius ad hanc actionem non habet organum corporale: et sic est intellectus separatus.

Lectio octava:

Am autem sic singula fiat: ut sciens Co. 1.

C dicitur qui secundum actum, hoc autem, confestim accidit, cum possit operari per seipsum, est quidem igitur et tunc potentia quodam modo non tamen similiter et ante adiscere aut inuenire: et ipse autem seipsum tunc potest intelligere.

Postquam prius determinauit de intellectu possibili quod est in potentia ad intelligibilia, hic ostendit quomodo in actu reducatur. Et primo ostendit quod intellectus aliquando fit in actu. Secundo ostendit quod sit proprium obiectum eius: respectu cuius fit in actu ibi. (Quoniam autem aliud est magnitudo). Ostendit ibi quomodo intellectus in actu reducatur dicens dictum est quod anima intellectiva non est actu ipse species: sed in potentia tantum. (Cum autem sic fiant singula), id est sic reducatur in actu species intelligibilium: quemadmodum sciens, id est habens scientie habitum: habet species in actu, et tunc dicitur intellectus quod est secundum actum, hoc autem accidit statim cum aliquis potest per seipsum operari operationem intellectus: quod est secundum intelligere: sicut et quamlibet formam: tunc aliquis in actu habet quando potest operationem illius forme explere. Sed licet tunc intellectus quodam modo sit in actu quando habet species intelligibiles: sicut sciens habet habitum: et est tunc quodam modo in potentia: non tamen eodem modo sicut prius erat in potentia antequam scientiam acquireret addiscendo, vel inueniendo: nam antequam haberet habitum scientie qui est primus

actus nō poterat operari cum vellet: sed oportebat q̄ ab altero reduceretur in actum. sed quando iam habet habitum scientie q̄ est actus primus: potest cū voluerit p̄cedere in actum secundus qui est operatio. Ad manifestū ē aut̄ ex hoc quod hic dī: falsam esse opinionem Auicēne quāz hēt de speciebus intelligibilibus: et contra opinionem Aristotelis. ¶ **P**onit. n. Auicēna q̄ species nō conseruātur in intellectu possibili: nec sunt in eo: nisi quādo actu intelligit: se o3 secundum ipsum quod quando cunq3 intelligit actu q̄ conuertat se ad intelligentiā separata agentē a qua effluunt in intellectum possibilem intelligibiles species. ¶ **C**ontra qd̄ manifeste hic phyllosophus dicit q̄ intellectus reducitur in actū specieruz per modū quo sciens actu: adhuc est in potētia itelligens: cū enim intellectus actu itelligit species intelligibiles sunt ī eo secundum actum perfectum: cum autē habet habituz scientie sunt species in ipso in intellectu medio mō inter potētiā purā et actum purum. ¶ **E**t qz dixerat q̄ quādo intellectus fit quodammodo in actu secundum singula eorum ad que erat in potētia: tunc potest intelligere respectū autem sui nullo modo erat ī potētia: posset aliquis credere q̄ factus in actu seipsum non itelligeret: et ideo ad hoc excludendum subiungit: q̄ intellectus factus in actu non solum pōt itelligere alia. sed etiaz tūc potest itelligere seipsum.

¶ **D**einde cum dicit.

Quoniam autem aliud est magnitudo et magnitudini esse: et aqua et aque esse: et sic in multis aliis: non autē in omnibus. in quibusdam enim idem est esse carni aut carnem: aut alio: ergo: aut aliter habente discernit. caro. n. non sine materia: sed sicut simum hoc in hoc. Sensituo quidem igitur calidum et frigiduz iudicat et quorum ratio quedam caro alio autem aut separato aut sicut circūflexa se habet ad seipsam cum extēsa fit: carni esse discernit.

¶ **O**stendit p̄bus quid sit obiectū intellectus. Ad cuius euidentiā sciendum est q̄ phyllosophus in. vij. metha. inquit vtrum quod quid est. i. quidditas vel essentia rei q̄ diffinitio significat fit idem quod res. Et qz ¶ **P**lato ponebat quidditates rerum esse separatas a singularibz q̄ dicebat ideas vel species: ideo ostēdit q̄ quidditates rerum non sunt aliud a rebus: nisi per accidens: vtp̄ta nō est idem quidditas hominis albi. et homo albus: qz quidditas hominis albi non continet in se nisi q̄ pertinet ad speciem hominis: sed hoc quod dico homo albus habz aliquid in se preter illud quod ē de specie humana. hoc autē cōtingit in omnibus habentibus formam in materia q̄ in eis est aliquid preter principia speciei. nam natura speciei indiuiduatur per materiam. vnde principia indiuiduantia et accidentia indiuidui sunt preter essentiā speciei. Et ideo cōtingit sub vna specie inueniri plura indiuidua que licet non differant in natura speciei: differūt tamen secundum principia indiuiduantia: et propter hoc in omnibus habentibus formā in materia: non est omnino idem et res et quod quid est eius. Socrates. n. non est sua humanitas: In his vero que nō hēt formā in materia sicut sunt forme simplices: nihil potest esse preter eētiam speciei: qz ipsa forma est tota essentia: et ideo in talibus non possunt esse plura indiuidua vnus speciei nec potest in eis differre res et quod quid est eius. ¶ **C**onferendum est etiam q̄ non solum naturalia habent speciem in materia: sed etiaz mathematica. est enim duplex materia. s. sensibilis a qua abstrahunt mathematica. et cōcernūt eā naturalia: et intelligibilis quā mathematica cōcernunt quod quidem sic itelligendum est. Ad manifestū est enim q̄ quantitas immediate inheret substantie: qualitates autem sensibiles in quantitate fundantur: vt albi

et nigrum: calidum et frigidum: remoto autem posteriori remanet prius. vnde remans qualitatibus sensibilibz secundum intellectum adhuc remanet quantitas continua in intellectu. Quedam ergo sunt forme que materiā requirunt sub determinata dispositione sensibilibz qualitatū: et huiusmodi sunt omnes forme naturales: et ideo naturalia concernūt materiam sensibilem. Quedam vero forme que non exigunt materiam sub determinata dispositione sensibilibz qualitatū: tamen requirunt materiaz sub quantitate existentem sicut triangulus et quadratum et huiusmodi. et hec dicuntur mathematica. et abstrahunt a materia sensibili: sed nō a materia intelligibili: in quantum in intellectu remanet continua quantitas abstracta a sensibili qualitate. Sic ergo patet q̄ sic naturalia habent formas in materia ita et mathematica: et propter hoc tam in naturalibz q̄ in mathematicis differt res et quod quid est: vnde in vtriusq3 inueniūtur plura indiuidua sub vna specie. sicut enī sunt plures homines vnus speciei: ita et plures trianguli sub vna specie. ¶ **H**is igitur habitis planuz est accipere ex littera phyllosophi intellectum. dicit enim q̄ aliud est (magnitudo et magnitudinis eē). i. aliud est magnitudo et quod quid est eius esse. n. quod est magnitudini appellat quidditatem eius. et similiter aliud ē (aq̄ et aque esse): et sic est ī multis alijs: id est in omnibus mathematicis: et naturalibz. vnde signāter dno exēpla posuit. Nā magnitudo ē quidditas mathematicum: aqua autem quid naturale. Non autē hoc cōtingit in oibus. nā in his q̄ omnino sunt separata a materia idem est res et quod quid est eius. et quia substatie separate ignote sunt nobis non potuit eas nominare proprijs nominibus: sicut mathematica et naturalia: sed nominat ea sub exemplo rerum naturalium. et hoc ē qd̄ subdit: q̄ in quibusdam idem est carni esse et carnem: ex quo non itelligit q̄ si idem caro et quid est eius. (nō. n. diceret in quibusdam sic eē): sed simpliciter diceret. q̄ idem est caro et carni esse: sed itelligit q̄ hoc q̄ sic dicitur aliquid et alicui vt caro et carni esse idē est (in quibusdam). s. in his que sunt a materia separata. et qz ad diuersa cognoscenda diuersę potētie cognoscitine requirunt: cōcludit q̄ anima aut cognoscit alio modo rez et alio ei quidditatem: aut vno et eodem: sed alio modo se habente. Ad manifestum est autē q̄ caro non est sine materia: sed forma carnis est forma determinata: et in materia determinata sensibili: (sicut etiaz simum habet subiectuz sensibile determinatum). s. nasum. hanc igit naturaz sensitua cognoscit anima per sensum. et hoc est quod subdit. q̄ anima iudicat potētia sensitua calidum et frigidum et alia huiusmodi: (quorum ratio). i. proportio (quedā caro est): forma enim carnis requirit determinataz proportionem calidi et frigidi et aliorum huiusmodi: sed o3 q̄ alia potētia (discernat esse carni): id est quod quid est carnis. Sed hoc contigit dupliciter: vno modo sic q̄ ipsa caro vel quidditas carnis cognoscantur omnino potētis adiuticem diuersis: puta q̄ potētia intellectiva cognoscitur quidditas carnis: potētia sensitua cognoscitur caro: et hoc contigit quando anima per se cognoscit singulare: et per se cognoscit naturam speciei. Alio modo contigit q̄ cognoscitur caro et quod quid est carnis non q̄ sit alia et alia potētia: sed quia vna et eadem potētia alio et alio modo cognoscit carnem et quod quid est eius et illud oportet esse cum anima comparat vniuersale ad singulare: sicut enim supra dictum est q̄ non possemus sentire differentiam dulcis et alibi: nisi esset vna potētia sensitua communis que cognosceret vtrūq3: ita etiam non possemus cognoscere comparationem vniuersalis ad particulare: nisi esset vna potētia que cognosceret vtrūq3. Intellectus igitur vtrūq3 cognoscit. sed alio: et alio modo: cognoscit enim naturam speciei sine quod quid est directe extendendo seipsum: ipsuz autem singulare per quandam reflexionem: in quantum redit super pbantasmata: a quibus speci

es intelligibiles abstrahuntur. et hoc est quod dicit quod est
sensitivo cognoscit carnem. (alio). i. alia potentia (et scer-
nit esse carni). i. quod quod est carnis: (aut separata): pu-
ta cum caro cognoscitur sensu: et esse carnis intellectu: aut
eodem aliter se habere. s. (sicut circumflexa se habet ad
seipsam) anima intellectiva cognoscit carnem (que cum
extensa sit discernit esse carni). i. directe apprehendit quod
ditatem carnis per reflexionem autem ipsam carnem.

Deinde cum dicit.

Lo. II.

Iterum aut in his que abstractione sunt re-
ctum sicut simum cum continuo. n. e. Quod aut quid
erat esse: si est et alterum recto esse et rectum alio.
Sit. n. dualitas. altero itaque aut aliter habere
se iudicat. omnino ergo sicut separabiles res a
materia. sic et que circa intellectum sunt.

Quod supra dixerat in naturalibus exponit in mathe-
maticis dicens quod iterum in his que sunt (per abstractionem).
i. in mathematicis quorum ratio abstrahit a materia sen-
sibili: rectum se habet sicut simum: hec enim mathe-
matica habent materiam: sicut et naturalia. rectum enim ma-
thematicum est: simum autem naturale: ratio enim recti
est cum continuo. sicut ratio simi cum naso: continuus au-
tem est materia intelligibilis: sic simum materia sensibilis.
unde manifestum est quod aliud est in mathematicis res:
et quod quod erat esse: ut rectum et recto esse. unde oportet quod alio
cognoscat quod quod erat esse horum: et alio ipsa: et supponam
ad presens exempli causa cum platone quod dualitas sit quod
quod erat esse linee recte. plato. n. ponebat quod numeri erant
spes et quidditates mathematicorum. puta unitas linee: dua-
litas linee recte: et sic de aliis: oportet igitur quod anima alio cogno-
scat ipsa mathematica et quidditates eorum: aut eodem ali-
ter se habente: unde sicut per naturalia ostendit quod intel-
lectus qui cognoscit quidditates naturalium sit alius a sen-
su qui cognoscit ipsa naturalia singularia: ita ex mathe-
maticis ostenditur quod intellectus qui cognoscit quod quod est ip-
sorum sit aliud ab imaginativa virtute que apprehendit ip-
sa mathematica. Et quod posset aliquis dicere quod eodem
modo intelligerentur mathematica et naturalia: Subiungit
quod sicut res sunt separabiles a materia: ita se habent ad in-
tellectum. unde illa que sunt sine esse separata a materia
sensibili solo intellectu percipi possunt: que aut non separata a materia
sensibili secundum esse. sed secundum rationem intelli-
gantur absque materia sensibili: non autem absque materia intelli-
gibili. Naturalia vero intelliguntur per abstractionem a ma-
teria individuabili: non autem per abstractionem a materia sen-
sibili totaliter: intelligitur enim homo ut compositus ex
carnibus et ossibus: per abstractionem tamen ab his car-
nibus et ossibus: et inde est quod intellectus non cogno-
scit directe singularia: sed sensus vel imaginatio. Cap-
paret autem ex hoc quod philosophus hic dicit quod proprium
obiectum intellectus est quidditas rei que non est separata
a rebus ut platonici posuerunt: unde illud quod est obie-
ctum intellectus nostri non est aliquid extra res sensibiles exi-
stens: ut platonici posuerunt: sed aliquid in rebus sensibili-
bus existens: intellectus apprehendat alio modo quiddita-
tes rerum que sunt in rebus sensibilibus. non. n. apprehen-
dit eas cum conditionibus individuandis que eis in
rebus sensibilibus adiunguntur: et hoc sine falsitate intel-
lectus contingere potest. nihil. n. prohibet duorum adinu-
icem coniectorum unum intelligi absque hoc quod intelligatur
aliud: sicut visus apprehendit colorem absque hoc quod
apprehendat odorem: non tamen absque hoc quod appre-
hendat magnitudinem: que est proprium subiectum
coloris: unde et intellectus potest intelligere aliquam
formam absque individuandis principis: non tamen absque
materia a qua dependet ratio illius forme: sicut non po-
test intelligere simum sine naso: sed potest curvum sine naso in-
telligere. Et quod hoc non distinxerunt platonici: posuerunt
quod mathematica et quidditates rerum sunt separate inesse

sicut sunt separate in intellectu. Manifestum est etiam
quod species intelligibiles quibus intellectus possibilis sit
in actu non sunt obiectum intellectus: non enim se habet
ad intellectum sicut quod intelligitur: sed sicut quo intel-
ligit. sicut enim species que est in visu non est quod videt:
sed quo visus videt: quod autem videtur est color qui
est in corpore. Similiter quod intellectus intelligit est
quidditas que est in rebus: non autem species intelligibilis. ni-
si inquantum intellectus in seipsum reflectitur. manifestum
est. n. quod scientie sunt de his que intellectus intelligit: sunt
autem scientie de rebus: non autem de speciebus vel intentioni-
bus intelligibilibus nisi sola scientia rationalis. unde ma-
nifestum est quod species intelligibilis non est obiectum intel-
lectus. sed quidditas rei intellecte. Et ex quo patet nullam
esse rationem quorundam volentium ostendere quod intel-
lectus possibilis sit unus in omnibus: ex hoc quod idem est intel-
lectum ab omnibus: cum oporteat esse plures numero
species intelligibiles si sunt plures intellectus: non enim
est species intelligibilis ipsam intellectum: sed similitu-
do eius in anima: et ideo si sint plures intellectus habentes
similitudinem unius et eiusdem rei: erit eadem res intellecta apud
omnes. et propter hoc manifestum est quod etiam substan-
tie separate intelligunt quidditates rerum naturalium
quas nos intelligimus et earum intellectus diversi sunt
unde si eorum ratio esset efficax non evitaretur inconve-
niens quod concludunt per hoc quod ponunt unum in-
tellectum in omnibus hominibus: non enim possunt po-
nere unum intellectum in omnibus intelligentibus.

Electio nona.

Abitabit autem utique aliquis. si in-
tellectus simplex est et impassibilis:
et nulli nihil habet commune: sicut di-
xit Anaxagoras: quomodo intelliget si intelli-
gere pati aliquid est. Inquantum enim ali-
quod commune utrisque est: hoc quidem age-
re: illud vero pati videtur.

ostendit philosophus naturam
intellectus possibilis et obiectum
eius hinc monet quasdam dubitationes circa pre-
determinata. Et dividitur in partes duas. et
primo ponit dubitationes: secundo solvit eas. ibi. (Aut
pati) monet autem primo duas dubitationes: quarum
prima talis est. Si intellectus est simplex et impassibilis
et nulli habet aliquid commune ut anaxag. dixit quomo-
do intellectus potest intelligere: cum intelligere sit pati
quoddam: et de ratione patientis. hoc esse videat quod ha-
beat aliquid commune cum agente: quia inquantum est
aliquid commune utrisque. s. agenti et patienti videt quod ha-
beat et illud patiatur: oportet enim ea que agunt et patiuntur
adinvicem communicare in materia: ut dicitur in pri-
mo de generatione. Et secundam dubitationem ponit ibi.

Amplius autem si intelligibilis et ipse: aut
enim alius inest intellectus: si non secundum
aliud ipse intelligibilis est: unum autem ali-
quod intelligibile. Si autem sit mixtum: aliquid
habet quod facit intelligibile ipsum sicut alia.
Et surgit hinc dubitatio ex eo quod supra dixit quod intellectus
factus in actu etiam seipsum intelligit. Et est ista dubita-
tio quod si intellectus est intelligibilis: hinc potest contingere
duobus modis uno modo quod sit intelligibilis sine se: et
non sine aliud: alio modo quod habeat aliquid sibi adiunctum
quod faciat ipsum intelligibile. Si autem sine seipsum est
intelligibilis: et non sine aliud: intelligibile autem inquan-
tum huiusmodi est unum in specie: sequetur: si hoc non
solum est intelligibile sed intellectus: quod etiam alia intel-
ligibilia sine intellectus: et ita omnia intelligibilia intelli-
gant. Si autem est intelligibilis per hoc quod habet ali-

quid aliud sibi adiunctum: sequeretur quod habeat aliquid quod faciat ipsum intelligibile: sicut et alia quae intelliguntur et ita videtur sequi id quod prius. scilicet quod semper id quod intelligitur intelligat.

Deinde cum dicit.

Aut pati secundum commune aliquid diuisum est prius: quoniam potentia quodam modo est intelligibilia intellectus: sed actu nihil antequam intelligat: oportet autem sic sicut in tabula nihil est scriptum actu, quod quidem accidit in intellectu.

Soluit premissas dubitationes. Et primo soluit primam dicens: quod sicut prius distinctum est de passione: cum ageretur de sensu: pati dicitur secundum aliquid commune. id est quod est pati commune est ad passionem que est in contrarias dispositiones: sicut est passio mutua in rebus naturalibus que communicant in materia: et est aliquid pati quod dicitur secundum receptionem tantum. Intellectus igitur dicitur pati in quantum est quodammodo in potentia ad intelligibilia: et nihil est actu eorum antequam intelligat. Oportet autem hoc sic esse sicut contingit in tabula in qua nihil est actu scriptum: sed plura possunt in ea scribi: et hoc etiam accidit intellectui possibili: quia nihil intelligibile est in eo actu: sed potentia tantum. Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium qui ponebant animam compositam ex omnibus ut intelligeret omnia quae etiam opinio platonis qui posuit naturaliter animam humanam habere omnem scientiam: sed esse eam quodammodo oblitam propter unionem ad corpus. dicens quod adiscere nihil aliud est quam reuiscere.

Deinde cum dicit.

Et ipse autem intelligibilis est sicut intelligibilia. In his enim que sunt sine materia idem est intellectus et quod intelligitur: scientia namque quae speculatiua. et sicut scibile idem est.

Soluit secundam dubitationem: et primo soluit questionem: secundo respondet ad obiectionem in contrarium factam. ibi. (non autem simpliciter. Dicit ergo primo quod intellectus possibilis est intelligibilis non per suam essentiam: sed per aliquam speciem intelligibilem sicut et alia intelligibilia. quod probat ex hoc quod intellectus in actu et intelligens in actu sunt unum: sicut et supra dixit quod sensibile in actu: et sensus in actu sunt unum. Est autem aliquid intelligibile in actu per hoc quod est in actu a materia abstractum. sic enim supra dixit quod sic res sunt separabiles a materia: sic sunt et quae sunt circa intellectus. Et idem dicit quod (in his quae sunt sine materia). id est si accipiamus intelligibilia actu: idem est intellectus: et quod intelligit: sicut idem est sentiens in actu et quod sentitur in actu. ipsa enim scientia speculatiua (et sic scibile). id est scibile in actu est idem. species igitur rei intellecte in actu est species ipsius intellectus: et sic per eam seipsum intelligere potest: unde et supra philosophus per ipsam intelligere et per illud quod intelligitur scrutatus est naturam intellectus possibilis: non enim cognoscimus intellectum nostrum nisi per hoc quod intelligimus nos intelligere. Accidit autem hoc in intellectu possibili quod non intelligatur per essentiam suam: sed per speciem intelligibilem ex hoc quod est potentia tantum in ordine intelligibilium. ostendit enim philosophus in ix. meta. quod nihil intelligitur nisi secundum quod est in actu. et potest accipi simile in rebus sensibilibus. nam id quod est in potentia tantum in eis: scilicet materia prima: non habet aliquam actionem per essentiam suam sed solum per formas ei adiunctam. Substantie autem sensibiles que sunt secundum aliquid in actu: et secundum aliquid in potentia: secundum se ipsas habent aliquam actionem. Similiter intellectus possibilis qui est tantum in potentia in ordine intelligibilium non intelligit neque intelligitur: nisi per speciem in eo susceptam. Deus autem qui est purus actus in ordine intelligibilium: et alie substantie separate que sunt medie inter potentiam et actum. per suam essentiam

et intelligunt et intelliguntur.

Deinde cum dicit.

Non autem semper intelligendi causa consideranda. In habentibus autem materiam potentia unumquodque intelligibilium quare quidem illis non inerit intellectus: sine materia enim potentia est intellectus talium: illud autem intelligibile erit.

Respondet ad obiectionem quae erat in contrarium dicens quod ex quo intellectus possibilis habet aliquid quod facit ipsum intelligibilem sicut et alia: restat ut consideret (cum non simpliciter intelligendi) id est quare non semper intelligibile intelligit. quod ideo est: quia in rebus habentibus materiam species non est intelligibilis secundum actum: sed secundum potentiam tantum. intelligibile autem in potentia non est idem cum intellectu: sed solum intelligibile in actu. unde in illis quae habent speciem in materia non inerit intellectus: ut scilicet intelligere possint. quia intellectus talium id est intelligibilium est quaedam potentia sine materia. illud autem quod est in materia est intelligibile sed in potentia tantum: quod vero est intellectu est species intelligibilis secundum actum.

Lectio decima.

Noniam autem sicut in omni natura est aliquid hoc quidem materia unumquodque generi hoc autem est potentia omnia illa: alterum autem causa et factuum quod in faciendo omnia: ut ars ad materiam substituit necesse est in anima has esse differentias. Et est intellectus hic quidem talis in omnia fieri: ille vero in omnia facere sicut habitus quidem et sicut lumen: quodam enim modo et lumen facit potentia existentes colores actu colores.

Non autem philosophus determinavit de intellectu possibili: nunc determinat de intellectu agente. Et circa hoc duo facit: primo ostendit esse intellectum agentem propter possibilem et rationem et exemplo. secundo ostendit huius intellectus naturam. ibi. (Et huius intellectus.) Nonit ergo circa primum talem rationem. In omni natura que est quandoque in potentia: et quandoque in actu oportet ponere aliquid quod est sicut in materia in unumquodque generis: quod scilicet est in potentia ad omnia que sunt illi generis. Et aliud quod est sicut causa agens et factuum: quod ita se habet in faciendo omnia sicut ars ad materiam. Sed anima secundum partem intellectivam. quandoque est in potentia et quandoque in actu. Necesse est igitur in anima intellectiva esse has differentias ut scilicet unus sit intellectus in quo possint omnia intelligibilia fieri. et hic est intellectus possibilis: de quo supra dictum est. Et alius intellectus sit ad hoc quod possit omnia intelligibilia facere in actu: qui vocatur intellectus agens: et est sicut habitus quidam. Illud autem verbi occasione quidam posuerunt intellectum agentem idem esse cum intellectu qui est habitus principiorum quod esse non potest. quia intellectus qui est habitus principiorum presupponit aliqua iam intellecta in actu. scilicet terminos principiorum per quorum intelligentiam cognoscimus principia: et sic sequeretur quod intellectus agens non faceret omnia intelligibilia in actu. ut hic philosophus dicit. Dicendum est ergo quod habitus hic accipitur secundum quod philosophus frequenter consuevit nominare omnem formam et naturam habituum: prout habitus distinguitur contra privationem et potentiam ut sic per hoc quod nominat seum habitum: Distinguat eum ab intellectu possibili qui est poten-

Co. 16.

Co. 17.

Co. 18.

na. Unde dicitur quod est habitus ut lumen: quod quodam modo facit colores existentes in potentia esse actu colores. Et dicitur (quodammodo) quia supra ostensum est quod color secundum seipsum est visibilis: hoc autem solum modo facit lumen ipsum esse actu colorem: in quantum facit diaphanum esse in actu ut moveri possit a colore: et sic color videatur. Intellectus agens facit ipsa intelligibilia esse in actu que prius erant in potentia: per hoc quod abstrahit ea a materia: sic enim sunt intelligibilia in actu ut dictum est. ¶ Inducitur autem aristoteles ad ponendum intellectum agentem ad excludendum opinionem platonis qui posuit quidditates rerum sensibilium esse a materia separatas: et intelligibiles actu unde non erat ei necessarium ponere intellectum agentem. Sed quia aristoteles ponit quod quidditates rerum sensibilium sunt in materia: et non intelligibiles actu: oportuit quod poneret aliquem intellectum qui abstraheret a materia: et sic faceret eas intelligibiles actu.

¶ Deinde cum dicit.

26.9.

Et hic intellectus separabilis et impassibilis et immixtus substantia actu ens: semper enim honorabilius est agens patiente et principium materia.

¶ Ponit quatuor condiciones intellectus agentis: quarum prima est quod sit separabilis: secunda quod sit impassibilis: tertia quod sit immixtus. id est non compositus ex naturis corporalibus: neque adiunctus organo corporali: sed in his tribus convenit cum intellectu possibili. quarta autem conditio est quod sit in actu secundum suam substantiam: in quo differat ab intellectu possibili qui est in potentia secundum suam substantiam: sed est in actu solum secundum speciem susceptam. Et ad has quatuor condiciones probandas inducit unam rationem que talis est. Agens est honorabilius patiente et principium actus materia: sed intellectus agens comparatur ad possibilem sic agens ad materiam sicut iam dictum est ergo intellectus agens est nobilior possibili. Sed intellectus possibilis est separatus: impassibilis et immixtus: ut supra ostensum est: ergo multo magis intellectus agens. Et hoc etiam patet quod sit secundum substantiam suam in actu: quia agens est nobilior patiente non nisi secundum quod est in actu. Occasione autem horum que hic dicuntur quidam posuerunt intellectum agentem substantiam separatum: et quod differat secundum substantiam ab intellectu possibili. Illud autem non videtur esse verum: non enim homo est a natura sufficienter institutus: si non haberet in seipso principia quibus posset suam operationem implere que est intelligere: quod quidem impleri non potest nisi per intellectum possibilem et per intellectum agentem: unde perfectio humane nature requirit quod utrumque eorum sit aliquid in homine. ¶ Videmus etiam quod sicut operatio intellectus possibilis que est recipere intelligibilia attribuitur homini: ita et operatio intellectus agentis que est abstrahere intelligibilia: hoc autem non posset nisi principium formale huius actionis esset ei secundum esse principium. Nec sufficit ad hoc quod si actio attribuitur homini per hoc quod species intelligibiles facte per intellectum agentem habent quodammodo per subiecto phantasmata que sunt in nobis: quia ut supra diximus: cum de intellectu possibili ageretur: species non sunt intelligibiles in actu: nisi quia sunt abstracte a phantasmatibus: et sic eis mediante actio intellectus agentis non potest nobis attribui. ¶ Et preterea intellectus agens comparatur ad species intellectas in actu: sicut ars ad species artificiarum: per quas manifestum est quod artificata non habent actionem artis. unde etiam dicitur quod species facte intelligibiles actu essent in nobis: non sequeretur: quod nos possemus habere actionem intellectus agentis. Est et predicta positio contra Aristoteli intentionem qui expressit dixit has differentias duas. id est intellectum agentem et intellectum possibilem esse in anima: ex quo expresse dicit intelligere quod sunt partes anime vel potentie et non alique substantie separate. ¶ Sed contra hoc videtur esse precipue quod intellectus possibilis comparatur ad intelligibilia ut

in potentia existens ad illa: intellectus autem agens comparatur ad ea ut ens in actu: non enim videtur possibile idem respectu eiusdem posse esse in potentia et in actu. unde non videtur possibile quod intellectus agens et possibilis conveniat in una substantia anime. Sed hoc de facili soluitur si quis recte consideret quomodo intellectus possibilis sit in potentia ad intelligibilia et quomodo intelligibilia sunt in potentia respectu intellectus agentis. est enim intellectus possibilis in potentia ad intelligibilia sicut indeterminatum ad determinatum: nam intellectus possibilis non habet determinare naturam alicuius rerum sensibilium: unumquodque autem intelligibile est aliqua determinata natura alicuius speciei. unde supra dixit quod intellectus possibilis comparatur ad intelligibilia: sicut tabula ad determinatas picturas. quantum autem ad hoc intellectus agens non est in actu. Si enim intellectus agens haberet in se determinationem omnium intelligibilium: non indigeret intellectus possibilis phantasmatibus: sed per solum intellectum agentem reduceret in actum omnium intelligibilium et sic non compararetur ad intelligibilia ut faciens ad factum: ut philosophus hic dicit: sed ut existens ipsa intelligibilia. Comparatur igitur ut actus respectu intelligibilium in quantum est quedam virtus immaterialis activa potens alia similia sibi facere. id est immaterialia. et per hunc modum ea que sunt intelligibilia in potentia facit intelligibilia in actu. Sic enim et lumen facit colores in actu non quod ipsum habeat in se determinationem omnium colorum. huiusmodi autem virtus activa est quedam participatio luminis intellectualis a substantijs separatis. Et ideo philosophus dicit quod est sicut habitus ut lumen quod non competeret dici de eo si esset substantia separata.

¶ Deinde cum dicit.

Idem autem est secundum actum scientia rei: que vero secundum potentiam tempore priori in uno est: omnino autem neque tempore: sed non aliquando quidem intelligit. aliquid quando autem non intelligit.

¶ Determinat de intellectu secundum actum. Et circa hoc dicitur primo ponit condiciones intellectus in actu. secundo ostendit condiciones totius partis intellective secundum quod differat ab alijs partibus anime. ibi. (separatis autem.) Circa primum tres ponit condiciones intellectus in actu: quarum prima est quod scientia in actu est idem rei scite quod non est verum de intellectu in potentia. Secunda conditio eius est: quod scientia in potentia in uno et eodem tempore est prior quam scientia in actu: sed univocaliter non est prior: non solum natura sed neque etiam tempore. Et hoc est quod philosophus dicit i. ix. meiba. quod actus est prior potentia natura: tempore vero in uno et eodem potentia prior est actu: quia unum et idem prius est in potentia: et postea fit actu: sed univocaliter loquendo etiam tempore actus est prior: nam quod in potentia est non reducitur in actum nisi per aliquid quod est actu. Et sic etiam de potentia scientie non fit aliquid quis sciens actu neque inveniendum nisi in discendo nisi per aliam scientiam preexistentem in actu: quia omnis doctrina et disciplina intellectus fit ex preexistente cognitione: ut dicitur in primo posteriorum. Tertia conditio intellectus in actu est per quam differat ab intellectu possibili et intellectu in habitu: quia utrumque quandoque intelligit. et quandoque non intelligit: sed hoc non potest dici de intellectu in actu quod consistit in ipso intelligere.

¶ Deinde cum dicit.

Separatus autem est solum in hoc: quod vere est: et hoc solum immortale et perpetuum.

¶ Ponit conditiones totius intellective partis. Et primo ponit veritatem. secundo excludit objectionem. ibi. (non remiscimur.) Dicit ergo primo: quod solus intellectus separatus est qui vere est quod quidem non potest intelligi neque de intellectu agente: neque de intellectu possibili materia: sed de utroque. quia de utroque supra dixit quod est separatus. Et sic patet quod si loquitur de tota parte intellectiva quod quidem dicitur separata ex hoc quod habet operationem suam sine organo corpore

rali. Et qz in principio huius libri dixit qd si aliqua ope ratio anime sit propria: contingit animam separari. Concludit qd h sola pars anime. s. intellectiva est incorruptibilis & ppetua. Et h est quod supra posuit in secundo: qd h genus anime separatur ab alijs sicut perpetuum a corruptibili. Dicitur autem perpetua non qd semper fuerit s; qd semper erit. vnde pbs dicit in .x. metha. qz forma nuqua est ante materiam: sed posterior: remanet anima no ois: sed intellectus.

Deinde cum dicit.

Non reminiscimur autem quia hoc quidem impassibile: passivus vero intellectus corruptibilis: & sine hoc nihil intelligit anima.

Excludit quandam objectionem. Possent. n. aliquis credere qd qz pars intellectiva anime est incorruptibilis remanet post mortem in anima intellectiva scientia reru eodem modo quo nunc eam habet: cuius contrarium supra dixit in primo qd intelligere corrumpitur quodam interius corrupto & qd corrupto corpore non reminiscit anima neqz amat. Et ideo hic dicit qd non reminiscimur scilicet post mortem eoz que in vita sciimus: qui (hoc quidem impassibile est) id est ista pars anime intellective impassibilis est: vnde ipsa non est subiectum passionum anime: sicut fuit amor & odium reminiscencia & huiusmodi: que ex alia passione corporali contingunt (passivus vero intellectus corruptibilis est id est pars anime que no est sine predictis passionibus: est corruptibilis: p tinent enim ad partem sensitivam: tamen hec pars anime dicitur intellectus: sicut & dicitur rationalis in quantum aliquantulum participat ratione obediendo rationi & sequendo motu eius: vt dicitur in primo etbi. sine hac aut pte anime corporali intellectus nihil intelligit. no. n. intelligit aliquid sine phantasmate vt infra dicit. Et id destructo corpore non remanet in anima separata scientia rerum secundum eundem modum quo modo intelligit. Sed quomodo tunc intelligat: no est presentis intentionis discutere.


Lectio undecima.

Indivisibiliu quidem igitur intelligentia in his est: circa qd no est falsu. In quibus at & falsus ias & veru est: compositio quedam iam intellectuum est: sicut eorum que vnum sunt. Sicut Empedocles dixit vere multorum quidem capita sine ceruice germinauerunt: postea composita sunt concordia sic & hec separata composita sunt: vt asimetron & diametros & vt simetron et diametros. Si autem factorum & futurorum tempus cointelligens & componens falsum enim in compositione semper est: & namqz si album non albo: aut si non albus albo componit contingit autem & dividendum dicere omnia. Sic ergo est no solum falsum aut verum qd album cleon est sed & quod erat aut erit vnum autem faciens hoc intellectus est vnuquodqz.

Est qd pbs determinavit de intellectu: h determinavit de operatione intellectus. Et dividitur in duas partes. In prima distinguit duas operationes intellectus: in secunda determinat de utraque eaz. ibi. (indivisibile aut.) Dicit ergo primo qd vna operatio intellectus est scdm qd intelligit indivisibilia: puta cu intelligit hominem aut bouem: aut aliquid huiusmodi incomplexorum. Et hec intelligentia est in his circa qd no est falsus: tum qz incomplexa non sunt vera neqz falsa: tu qz intellectus no decipit in eo qd qd est vt infra dicitur sed in illis intelligibilibus in quibus est verum & falsum est

iam quedam oppositio intellectui id est reze intellectay: sicut qm ex multis fit aliquid vnu. Et ponit exemplum sim opinionem empedocles q opinabatur: qd omnia generata sunt a casu: non pp aliquem finem: sed sim qd contingit ex divisione rerum p litem: & coniunctione p amicitiam: vti dixit qd a principio germinauerunt multa capita sine ceruice: & sicut multe alie partes animaliu separate ab alijs partibus & dicit (germinauerunt). q. ex elementis pducta sine semine animalis: sicut terra germinat herbam virentem: s; post modum huiusmodi partes sic diuise opposite sunt p concordiam: & ex eis factu est vnu animal habens diuersas partes. vt puta caput manus pedes & huiusmodi. Et vbi est constitutu animal huiusmodi ois partes necessarias ad sui conseruationem: idem animal saluatum est & generauit sibi simile. Si at defluit aliqua aliarum partiu non potuit saluari nec remansit in sibi simili p generationem. Sicut ergo empedocles. posuit qd amicitia opposuit multas partes & constituit ex eis vnum animal ita & intellectus multa incomplexa prius separata opponit: & facit ex eis vnu intellectum. in qua opponit quicquid est veritas quandoque falsitas. Veritas quidem quando opponit ea que in re sunt vnu & opposita. sicut cu opponit a simetrum h est incommensurabile & diametrum: nam diameter quadrati est incommensurabilis lateri: falsa autem compositio est quando componit ea que non sunt composita in rebus sicut cu componit simetrum & diametrum dicens qd diameter quadrati est simetrum. i. commensurabilis lateri.

Costa quadrati.



Simetrum & diametrum aliquando separatim & seorsum intellectus intelligit. & tunc sunt duo intelligibilia. quando at opponit fit vnu intelligibile & simul intelligitur ab intellectu. Sed qz intellectus no semper componit ea que sunt in presenti: s; que fuerunt vel erunt: ideo subiungit qd si intellectus faciat oppositionem factorum id est preteritorum & futurorum: ois qd cointelligat sue oppositioni tempus preteritum & futurum. Et sic opponit formas oppositionem de preterito vel de futuro. & qd hec sit veru pbat qz contingit oppositionem de preterito vel de futuro esse falsam: sicut at ipse in oppositione est. & namqz falsus est si no album opponat ei qd est album. vt si dicas cignus no est albus. Aut si album opponat ei qd non est album. vt si dicat qd coru est albus. & qz quecumqz contingit affirmare contingit et negare subiungit qd oia predicta pnt p diuisionem fieri: p. n. intellectus oia dividit & s; pnt tempus & sim preteritum & s; futurum & vere & false. Sic igitur patet qd cum compositio no solum fit sim presentis tempus sed sim preteritum & futurum: veru at & sim constituit in oppositione. & diuisione ois qd veru & sim no solum sunt de propositionibus de presenti puta qd cleon est albus s; et in illis de preterito & futuro: puta qd cleon erit vel fuit albus. Et ois derandus est aut qd oppositio propositionis no est opus nature

is est opus rationis et intellectus, et ideo subiungit quod illud quod facit unumquodque intelligibilem opponendo ex intelligibilibus propositioes hoc est intellectus, et quia verum et falsum consistit in oppositioe: ideo dicitur in vi. metaphysice quod verum et falsum non est in rebus sed in mente.

Co. 23.

Deinde cum dicitur. **I**ndivisibile autem quoniam dupliciter potentia aut actu est: nihil prohibet intelligere indivisibile cum longitudine intelligat. Indivisibilis enim actu aliter est, et in tempore indivisibili. Similiter enim tempus divisibile et indivisibile longitudini est: non enim est differentie aliquid in medio intelligere utrumque non enim est non dividatur sed aut potentia seorsum: aut utrumque intelligens dimidiorum dividit et tempus simul tunc aut in longitudine. Si vero est sicut ex utrisque: et in tempore est quod in utrisque.

Determinat de utraque predictarum operationum. Et primo de ea que est intelligentia indivisibilium: secundo de ea que est oppositio et divisio. ibi. (est autem dicto quidem.) tertio ponit quoddam quod est esse utrisque. ibi. (dicendum autem est secundum actum.) prima pars dividitur in tres secundum quod indivisibile dicitur tripliciter quot modis dicitur et unum cuius ratio ex indivisione est. **D**icitur enim uno modo aliquid unum primitate. unde et illud quod est continuum indivisibile dicitur in quantum non est divisus actu: licet sit divisibile in potentia. hoc est ergo quod dicitur quod cum divisibile dicatur dupliciter. scilicet actu et potentia: nihil prohibet intellectum intelligere indivisibile cum intelligit aliquid continuum. scilicet longitudinis que est indivisibilis actu. licet sit divisibilis potentia. et propter hoc intelligit eam cum indivisibili tempore. quia intelligit eam ut indivisibile. Et hoc est contra opinionem platonis in primo positam que posuit intelligentiam fieri quasi per motum quandam partem magnitudinis: potest ergo intellectus intelligere magnitudines dupliciter. uno modo secundum quod est divisibilis in potentia et sic intelligit lineam numerando partem post partem: et sic intelligit eam in tempore. Alio modo secundum quod est indivisibilis in actu et sic intelligit eam ut unum quid constans ex multis partibus. et sic intelligit eam simul et ideo subiungit quod similiter tempus et longitudo dividit vel non dividit intelligendo. unde non est dicere quod intelligat secundum medium utrisque: id est quod media pars intelligat in medio temporis: hoc enim non esset nisi si linea divideret in actu: sed est divisibilis tantum in potentia. Si autem utrumque dimidium linee seorsum intelligat tunc dividit lineam in actu secundum intellectum. Unde et tunc tempus simul dividit sicut et longitudo. Si autem intelligat lineam sicut unum quod constitutum ex duabus partibus et intelligit in tempore non divisio: sed secundum aliquid quod est in utrisque partibus temporis. scilicet in instanti et si primum confidat ratio per aliquod aliud tempus. non dividit tempus: ut aliud intelligat in una parte temporis et aliud in alia: sed ideo in utraque.

Deinde cum dicitur.

Co. 24.

Quod autem non secundum quantitatem indivisibile est: sed spiritus: intelligit et indivisibili tempore et in divisibili aere. Secundum accidens autem et non in quantum illa divisibilia: quod intelligit et in quo tempore sed in quantum indivisibilia. Inest autem utriusque his aliquid indivisibile sed forte non separabile quod facit tempus unum: et longitudinem: et hoc similiter in omni est et continuo: et tempore et longitudine.

loquendo de vnitāte naturalis: est tamen vnum vnitāte
specificam loquendo de vnitāte cognoscibilitatis: vnde n̄
oportet q̄ illa sciētia sit solum vna vnitāte generica. v̄
dicendum q̄ vnitas analogie obi sufficit ad vnitatem
specificam sciētie. **C** Dubitatur quarto vtrum corpus
animatum sit subiectum huius sciētie. arguitur q̄ sic. qz
illud est subiectus de cuius ratione formali omnia confi
derantur: sed quecunqz considerantur in hac sciētia p̄si
derantur vt corpus animatum vel vt reducibile ad ipsū.
ergo 7c. **C** Dicendum q̄ aia est subiectum huius sciētie
7 non corpus animatū. Cuius ratio est qz illud est cuius
sōm p̄ncipia partes 7 passiones querimus p̄ p̄m quar
to meta: sed in hac sciētia querimus partes p̄ncipia 7
passiones 7 operationes ipsius aie. ergo 7c. **C** Ad ratio
nem dubij dicitur negando consequentiam: qz nō confi
derantur in hac sciētia partes 7 passiones corporis ani
mati in quantum: huiusmodi: sed in quantum fluunt ab ipsa
aia. **C** Secunda conclusio est ista. Ista sciētia est vtilis
ad oēs alias partes p̄ylosophie. 7 probat̄. **C** Illa sciē
tia est vtilis ad ceteras scias sine q̄ ille sciētie nō p̄t ad
pisci: sed sine hac scia nulla alia partiū p̄ylosophie na
turalis presertim pōt adipisci. ergo 7c. **P**robatio mino
ris: qz ois pars p̄bie vel est nālis vel moralis: vel mate
matica vel metaphysica: vel rōnalis: sed sine aia 7 poten
tijs eius nō pōt b̄fi sciētia moralis: cum virtutes de q
bus considerat sint subiective in potentijs aie. **S**ic nec
matematica nec metaphysica pōt adipisci sine intellec
tu possibili qui est pars aie: nec ē sciētia naturalis: cū
anima sit p̄ncipium aiatorum. de quibus maior pars
p̄ylosophie naturalis p̄siderat. ergo 7c. **C** Contra hāc
conclusionem arguitur sic. bonum vtile 7 honestum ad
snuicem distinguuntur. Sed ista sciētia est de numero
honorum honorabilium: vt per primam conclusionem
patet: sequitur ergo q̄ ipsa non est bonū vtile. **C** Pre
terea ista queritur gratia sui ipsius: cum sit sciētia spes
enlatina: ergo non est vtilis. patet sequela. quia vtile v̄

quod queritur propter aliud 7 non propter se: vt supra
concessum est. **C** Preterea multi habent cognitionem
moralium: qui tamen non habent sciētia de anima: 7
ergo sine ista sciētia potest haberi sciētia moralis: 7 p̄
consequens non erit vtilis ad acquisitionem sciētie mo
ralis. **C** Ad primum dicendum q̄ bonum vtile 7 bonū
honestum non distinguuntur semper secundum rem: s̄
secundum rationem. **U**nde vnum 7 idem potest dici bo
num honestum 7 vtile diuersis rationibus: 7 per hoc pa
tet solutio ad secundum. **C** Ad tertium dicendum q̄ li
cet aliqui habeant cognitionem imperfectam 7 confusā
moralium: tamen sine ista sciētia est impossibile habere
eorum cognitionem perfectam 7 completā. **C** Tertia
conclusio. **P**rius considerandum est de anima quantum
ad eius substantiam q̄ quantum ad eius accidētia. **H**ec
conclusio probatur tali ratione. Substantia precedit ac
cidens cognitione 7 diffinitione: vt patet septimo meta
p̄ylice. ergo prius considerandum est de anima quan
tum ad substantiam eius: q̄ quantum ad accidētia ei⁹.
Ex hac conclusione patet ordo dicendorum in hac sciē
tia. **C** Contra hanc conclusionem arguitur sic. **A**llud qd
facit ad cognitionem alterius prius debet considerari:
sed accidētia anime maximam partem cōferunt ad co
gnoscendum q̄ quid est eius vt infra concedit p̄yloso
phus: ergo sequitur q̄ prius considerandum est de acci
dentibus ipsius anime q̄ de substantia eius. **C** Pre
rea innata est nobis via 7c. **S**ed operatiōes 7 actus ipsi
us anime sunt notiores ipsa anima: vt etiam infra con
cedit p̄ylosofus: ergo idem quod prius. **C** Ad pri
mum dicendum q̄ duplex est ordo cognitionis. videlicet
ordo cognitionis determinate: 7 ordo cognitionis cō
fuse: licet ergo operationes 7 actus anime sint priora 7
notiora ordine cognitionis confuse: tamen ipsa anima
est notior etiam quo ad nos ipsis accidētijs ordine
cognitionis determinate: 7 per hoc patet solutio ad se
cundum. **C** Quarta conclusio. Sciētia libri de anima
est de numero difficillimorum. **H**ec conclusio probatur
sic. **I**lla sciētia est de numero difficillimorum: in qua
mouentur difficillime difficultates. ergo 7c. **C** Pro de
claratione minoris considerandum est q̄ ipsa anima po
test dupliciter considerari. **U**no modo quantum ad dif
finitionem 7 eius quidditatem. **A**lio modo quantum ad
operationes 7 passiones. **S**i primo modo sic potest du
pliciter considerari. **U**no modo quantum ad modum dif
finiendi. sic de ea mouetur vna questio que est talis. vtz
diffinitio debeat vari componendo vel diuidendo vel
demonstrando. **A**lio modo potest p̄siderari anima quā
tum ad ea que ad diffinitionem pertinent: 7 hoc triplici
ter: vel quantum ad substantiam eius: vel quantum ad
partes siue potentias eius: vel quantum ad ea que cadūt
in diffinitione eius. **S**i primo modo sic mouentur octo
questiones. **Q**uarum prima est vtrum anima sit substan
tia vel quantitas. **S**ecunda est si sit substantia: vtrum sit
actus vel potentia. **T**ertia est. si sit actus vtrum sit sub
stantia simplex vel composita. **Q**uarta vtrum sit substan
tia impartibilis vel partibilis. **Q**uinta vtrum sit vna ani
ma secundum speciem vel plures. **S**exta si sint plures
vtrū differant specie vel nō. **S**eptima vtrum diffinitio
anime sit diffinitio speciei subalterne vel specialissime.
Octava vtrū sit vna quedam communis diffinitio tan
tum. vel cuiuslibet anime propria 7 specialis ratio. **C** Si
secundo modo consideretur anima quantum ad eius par
tes siue potentias: sic oriūtur tres difficultates. **C** Pri
ma est vtrum vegetatiuum: sensitiuū: 7 intellectiuū sint
diuerse anime vel partes potentiales eius anime. **C** Se
cunda si sint diuerse potentie: vtrum prius oportet que
rere actus q̄ potentias. **C** Tertia si pri⁹ oportet querere
actus. vtrum oportet prius querere potentias q̄ actus
7 potentias. **C** Si autem consideretur anima quantum
ad ea que adiungunt diffinitionem eius: sic de ea mouetur

Prohemium

una dubitatio: vtrum accidentia que magnam partem pre-
runt ad cognoscendum quod quid est debeant poni in
diffinitione ipsius anime vel non. Si autem considere-
tur quantum ad eius passiones & operationes: Sic mo-
netur de ea una difficultas. Vtrum omnes operationes
anime & passiones eius sint proprie ipsi anime vel com-
munes toti coniuncto: Vel aliquę proprie & aliquę com-
munes. Considerandum est vterius quod Platoni-
ci ponebant animam esse substantiam separatam & vni-
uersalem: vt de ea esset scientia (vt claris infra patebit.)

Quam opinionem excludit Philosophus in littera:
Dicens quod vniuersale scilicet separatum: aut nil est: aut
posterius est singularibus: Qualiter etiam hoc intelli-
gatur infra patebit. Contra predicta sic primo argui-
tur. Illud quod experimur in nobis est certissimum:
& facillime cognitionis: Sed animam experimur in no-
bis: ergo sequitur quod anima non est difficillime: sed
facillime cognitionis. Preterea. Illud quod est anis-
me presens per suam essentiam: facile cognoscitur ab ip-
sa. Sed anima est sibi ipsi presens per suam essentiam: ergo
sequitur quod a se ipsa facillime cognoscitur. Preter-
rea. si anima esset facillime cognitionis: vel ergo diffi-
cultas illa periret ex parte rei cognite: vel ex parte rei
cognoscentis. Non primam cum anima sit immateria-
lis & in actu: nec secundam cum anima non excedat fa-
cultatem sui ipsius. Ad primum dicendum quod licet id
quod experimur in nobis sit facillime cognitionis quan-
tum ad an est: vel quia est. Non tamen quantum ad quid
est. Et per hoc patet solutio ad secundum. Sed tamē
ad cognoscendum qualiter anima se ipsam cognoscat:
quantum ad an est. Et quid est notandum diligenter se-
cundum doctorem sanctum in de veritate. q. 10. ar. 8. in
c. q. de anima possumus habere duplicem cognitionem
videlicet cognitionem an est: & cognitionem quid est.
Si loquamur de cognitione anime quantum ad an est:
hoc est dupliciter vel loquendo de cognitione actuali:
vel habituali. Si primo modo: sic cognoscit se per su-
as operationes. Si secundo modo: sic anima cognos-
cit se ipsam per suam essentiam. Ex eo enim quod est subie-
ctum presens per suam essentiam: apta nata est exire in su-
um actum. Si vero loquamur de cognitione anime quan-
tum ad quid est. Hec est dupliciter. vel quantum ad ap-
prehensionem: Vel quantum ad iudicium de re appre-
hensa. Si primo modo: sic anima cognoscit se ipsam
per similitudines: sicut & alias res. Si secundo mo-
do sic anima cognoscit se ipsam intuendo inuisibilem
veritatem: Secundum quod eius similitudo est expressa in
anima nostra. Ex quibus elicitur quod anima cognos-
cit se ipsam aliquando per actus suos: aliquando per es-
sentiam suam: aliquando per species intelligibiles: ali-
quando per intuitum prime veritatis. Ad secundum
dicendum quod difficultas ista provenit ex parte ipsius an-
ime: quia non cadit sub sensu (a quo scientia nostra or-
tum habet) nisi per accidens. Circa precedentia du-
bitatur primo: Vtrum vniuersalia sint posteriora singu-
laribus (vt dicit hic philosophus): Et arguitur pri-
mo quod non. Nam principium prius est principiato.
Sed vniuersalia sunt principia singularium (vt philo-
sophus sepius concedit in metaphysica): ergo vniuersa-
lia sunt priora. Preterea id a quo conuertitur subsi-
stendi consequentia est prius: vt patet in preparatis: sed
vniuersalia sunt huiusmodi respectu singularium: ergo
et. Dicendum quod vniuersale potest dupliciter conside-
rari: secundum quod dicit sanctus doctor in lectioe pri-
ma. Uno modo secundum quod subiacet intentioni vni-
uersalitaris. Alio modo secundum propriam eius natu-
ram. Si primo modo sit vniuersale aut nil est: aut est
posterius singularibus. (vt dicit philosophus). Si
secundo modo sic est prius singularibus saltem secundum
rationem (vt voluerunt duo argumenta dubij.)

Pro cuius ampliori declaratione notandum est quod
multiplex est vniuersale: videlicet vniuersale logicum:
vniuersale phisicum: vniuersale mathematicum: & vni-
uersale metaphysicum. Vniuersale logicum est posse-
rius singularibus: & vocatur vniuersale post rem: 13 vni-
uersale phisicum & mathematicum est prius singulari-
bus: & vocatur vniuersale in re: sed differenter: quia vni-
uersale phisicum est in re: in materia substantiali. Sed
vniuersale mathematicum est in re: id est in materia in-
telligibili. Unde materia substantialis est substantia sub-
iecta qualitatibus actiuis & passiuis. Materia intelligi-
bilis est substantia quanta sine huiusmodi qualitatibus.
Similiter vniuersale metaphysicum est prius singu-
laribus: & dicitur vniuersale ante rem: quod est duplex.
videlicet vniuersale ante rem natura tantum: & natura &
tempore simul. Vniuersale ante rem natura tantum: est
vniuersale consideratum in suis principiis quidditati-
uis. Sed vniuersale ante rem natura & tempore simul est
vniuersale consideratum secundum quod habet esse in
mente prime cause. Dubitatur secundo vtrum accide-
ntia magnam partem conferant ad cognoscendum quod
quid est. Et arguitur primo quod non. quia eadem
sunt principia essendi & cognoscendi: sed accidentia non
sunt principia essendi quidditatis substantie: ergo non
sunt principia cognoscendi ipsius substantie.

Preterea substantia est principium cognoscendi ac-
cidentia: vt patet se primo metaphysice. ergo accidentia
non sunt principium ad cognoscendum substantiam. Pa-
tet consequentia. quia idem non potest esse prius & pos-
terius respectu eiusdem. Dicendum quod acciden-
tia conferre ad cognoscendum quod quid est ipsius sub-
stantie potest intelligi dupliciter vel a priori: & secundum
uaturam: vel a posteriori & quo ad nos. Si primo mo-
do: sic accidentia non conferunt ad cognoscendum quod
quid est substantie: Sed magis e conuerso (vt volue-
runt argumenta dubij.) Si secundo modo: sic accide-
ntia conferunt ad cognoscendum quod quid est substan-
tie (vt hic vult philosophus.) Et per hoc patet solu-
tio ad argumenta dubij. Dubitatur tertio vtrum sit
aliqua operatio anime sine corpore: & videtur quod non: quia
si esset aliqua operatio anime sine corpore: maxime es-
set intelligere. Sed hoc non: quia dicere animam intel-
ligere est: ac si diceret eam terere vel filare. Item secun-
do. quia intelligere non est sine phantasmatis: vt pa-
tet in tertio huius. sed phantasmata non sunt sine cor-
pore: ergo intelligere non est sine corpore. Dicendum
quod operatio anime potest dupliciter indigere corpo-
re: (vt dicit hic doctor sanctus:) vel tanquam obiecto & in-
strumento simul: sicut videre: sedere: & huiusmodi: vel
tanquam obiecto tantum. Omnes operationes anime con-
iuncte (quia non loquitur de separata) indigent cor-
pore aliquo illorum modorum: non tamen indigent eo
omnes utroque modo: quia operationes substantie ani-
me & vegetatiue indigent eo altero modo tantum: vi-
delicet tanquam obiecto & non tanquam instrumento or-
ganico. & per hoc patet solutio ad argumenta dubij.

Quinta conclusio que tangitur. ibi. (Videntur au-
tem & anime passiones etc.) Est ista: quod quedam sunt
passiones anime: & quedam non sunt anime tantum: sed
totius coniuncti: que probatur tali ratione philosophi.
Omne id ad quod operatur completio corporis non
est anime tantum: Sed etiam corporis. Et per conse-
quens coniuncti. Sed ad passiones anime operatur co-
mpletio corporis: quia aliqui adueniente aliquo maximo
vel arduo non timent nec tristantur. Aliqui vero pro mi-
nimo timent & tristantur. Ergo quedam passiones an-
ime non sunt anime tantum. Sed etiam corporis.
Sexta conclusio que tangitur. ibi. (propter hoc etc.)
est ista. Consideratio de anima pertinet ad naturalē philosophiam: que
probat tali ratione philosophi: quia passiones includunt in earum

Tractatus

Diffinitionibus ea quorū sunt passionēs : sed passionēs anime non sunt solum anime: sed etiam corporis: ut patet per precedentem conclusionem: ergo in earum diffinitionibus ponitur corpus: sed omne corpus et materia pertinet ad considerationem naturalem: ergo et ille passionēs pertinent ad considerationem naturalem: sed quia ad eandem considerationem pertinet sibi et passionēs eius: ergo cum anima sit sibi illarum passionum: vel saltē coniunctus ratione anime sequitur quod consideratio anime pertinet ad primum naturalem.

Contra hanc conclusionem arguitur sic. ad eandem considerationem pertinet totum et quilibet pars subiectiva: sed anima rationalis quae est pars subiectiva anime non pertinet ad primum naturalem: sed potius ad metaphysicum: ergo nec anima. Probatio minoris. quia forme que pertinent ad considerationem naturalem sunt forme existentes in materia: sed anima rationalis cum sit pars per se subsistens non est forma existens in materia: cum existere in alio distinguatur extra existere per se. Preterea id non cadit sub consideratione naturali: cui non competit passio subiecti naturalis: sed passio entis mobilis: videlicet corruptibilitas non competit anime rationali: cum ipsa sit incorruptibilis. ergo etc.

Preterea ad eandem scientiam pertinet consideratio subiecti et passionum: ut iam concessum est supra: sed aliquae actiones et passionēs anime pertinent ad metaphysicum et ad moralem philosophiam. ergo etc.

Ad primum dicendum quod anima rationalis potest considerari dupliciter. Uno modo ut forma. Alio modo ut per se existens et separabilis a corpore: sed enim ipsa anima secundo modo considerata non pertinet ad considerationem naturalem. Si tamen consideretur primo modo sic subiacet considerationi naturali. Ad probationes minoris dicendum quod animam rationalem coniunctam per se existere potest intelligi dupliciter. Uno modo quod per se existat existētia completa. Alio modo quod per se existat existētia incompleta. Et hoc dupliciter: vel quia existit per se ita quod non existat in aliquo: vel quod existat a se. ita quod non accipiat existētia ab alio: sed ergo anima rationalis existat per se existētia incompleta: tamen existit in alio sicut forma in materia tanquam concōcans suū esse materie.

Ad secundum dicendum quod licet anima rationalis quā tamen ad eius essentiam et quantum ad eius supremam portionem sit incorruptibilis: tamen quantum ad operationes et passionēs sensitivas eius et vegetativas est corruptibilis. Ad tertium dicendum quod passionēs anime diversis rationibus considerantur a naturali et metaphysico. ad naturalem. n. pertinet sibi quod subiacet motui et transmutationi. ad metaphysicam vero rationem entis. ad morales sibi quod sunt principia: bene vel male vivendi seu operandi.

Ultima conclusio. diffinitio formarum naturalium similiter et passionum in quibus non ponitur materia est insufficientis. hec conclusio probat talem rationem. sibi primum. Nam omnis forma que habet esse in materia determinata si in eius diffinitione non ponatur materia: talis diffinitio erit insufficientis: sed quilibet forma naturalis cum suis passionibus habet esse in materia determinata: ergo etc.

Probatio maioris quia diffinitio sufficiens exprimit rationem diffinitam a prima potentia usque ad ultimum actum: sed forma habens esse in materia determinata non potest perfecte explicari sine materia: ergo etc.

Pro declaratione huius sciendum sibi doc. s. et per hoc in presenti passu quod duplex est diffinitio. Quaedam est diffinitio que apprehendit solum formam. alia est diffinitio naturalis: et talis est duplex. quedam est imperfecta: que scilicet apprehendit materiam. tamen alia est perfecta que apprehendit materiam et formam simul. Prima dicitur formalis tamen. Secunda materialis tamen. Tertia materialis et formalis simul. Prima enim dicitur medium demonstrationis: secunda dicitur conclusio: tertia dicitur tota demonstratio. exemplum prime: domus est cooperimentum protegens nos a frigore. exemplum secunde: ut domus est cooperimentum compositum ex lapidibus et lignis exemplum tertie: ut domus est operimentum compositum ex lignis et lapidibus protegens nos a frigore. Ex predictis elicitur quod diffinitio loica. de rebus naturalibus est insufficientis. nisi quod diffinitio quae datur per materiam et formam dicitur magis naturalis

Primus

Et illa que datur per materiam tamen: cuius ratio est. quia forma est magis natura quam materia. ut patet per philosophum in tractatu primo mo. c. 60. Considerandum est ulterius sibi eosdem ubi supra quod philosophus mathematicus et metaphysicus diversimode de considerant ea que ad rationem anime pertinent. nam philosophus considerat de sensibilibus sibi quod sunt coniuncta materie sensibili. mathematicus vero sibi quod sunt abstracta a materia sensibili sibi rationem: coniuncta tamen eis sibi esse. et sibi sibi quae de qua considerat mathematicus sit sensibilis sibi esse: non tamen considerat eam sibi quod habet omni. metaphysicus vero considerat de predictis sibi quod sunt abstracta tam a materia sensibili quam a materia intelligibili accipiendo ly intelligibile. i. probatibile. i. quod sibi per se intellectum probatibilem oiat.

Contra predictam conclusionem arguitur sic. materia non est principium cognoscendi cum sit in pura potentia: ergo non est principium diffiniendi: quia principia diffiniendi habent notificare diffinitum. Preterea partes diffinientes sunt priores toto: sed materia non est prior forma ut patet per 7. meta. ergo etc.

Preterea partes diffinientes debent predicari de diffinito in eo quod quid ut patet per primum. 2. meta. 7. 2. posteriorum: sed materia non potest predicari de forma cum habeat rationem prioris et non totum ergo etc.

Preterea sibi concōcans per se sibi partes diffiniētes sunt forme sibi materia non est forma: ergo materia non potest esse pars diffinitionis. Ad primum dicendum quod materia potest tripliciter considerari sibi huiusmodi in hoc passu. Uno modo in se et absolute: sibi scilicet quod est indifferens ad omnes formas naturales generabilium et corruptibilium: et isto modo cum sit in pura potentia non potest esse principium diffiniendi ut voluit argumentum. Alio modo potest considerari materia sibi quae subiacet qualitativis sensibilibus actu: et isto modo etiam non potest esse pars diffinitionis quia accidentia diffinitionem non ingrediuntur nisi forsitan a posteriori circumlocutione. Tertio modo potest considerari sibi ordinem ad formam determinatam ad quam sequuntur ipse qualitates sensibiles: et isto modo materia est principium cognoscendi: et per hoc diffiniendi.

Ad secundum dicendum quod duplices sunt partes rei sensibilis: nam quedam sunt partes formales et tales precedunt diffinitum. alie sunt materiales et tales sunt duplices. Quedam sunt individuales et tales non precedunt diffinitum. alie sunt communes et tales precedunt diffinitum ordine saltē cognitionis: sed non ordine nature. Ad tertium dicendum quod partes diffinitionis sunt in duplici differentia. nam quedam sunt que ponuntur in obliquo. quedam in recto. Ille enim que ponuntur in recto: supponunt formam totius et predicant de diffinito in recto: alie vero partes supponunt partem rei et predicant de diffinito in obliquo: materia autem non ponitur in diffinitione forme in recto: sed potius in obliquo. Unde ratio non sequitur: et per hoc patet solutio a dilectissimo: quia partes que ponuntur in diffinitione in recto sunt forme: non autem ille que ponuntur in obliquo.

Explicit probemium.

Sequitur textus. (Principium autem questionis est apponere que maxime videntur in esse ipsi etc.)

Primum capitulum primi tractatus huius primi libri de anima comprehendit tertiam lectionem commentarii sancti Thomae.

Inito probemio: Incipit tractatus qui dividitur in tres partes principales: secundum quod tres sunt libri de anima. In prima parte philosophus determinat de anima secundum opinionem antiquorum. In secunda secundum opinionem propriam quantum ad rationem communem ipsius anime: et hoc in secundo libro qui incipit ibi. (Que quidem a prioribus.) In tertia vero scilicet in tertio libro determinat de ea quantum ad specialem rationem intellective partis. ibi. (Quod autem non sit sensus alius propter quod.) Prima pars dividitur in tres tractatus. In primo tractatu philosophus recitat opinionem antiquorum de anima quantum ad totam substantiam ipsius anime.

Tractatus

Primus

In secundo autem. ibi. (Considerandum autem.) Res probat opinionem eorum. In tertio. ibi. (Quia in animam cognoscere.) Recitat duas dubitationes de ipsa anima remouendo opiniones antiquorum de anima quantum ad eius partes. Primus tractatus in quo recitat opiniones antiquorum philosophorum de anima quantum ad eius substantiam continet tria capitula. In primo capitulo opiniones illorum philosophorum recitat qui inuestigauerunt naturam anime per viam motus. In secundo capitulo. ibi. (Quicumque autem.) Recitat opiniones illorum philosophorum qui inuestigauerunt naturam anime ex parte cognitionis et sensus: et ex parte vtriusque. In tertio capitulo. ibi. (Differunt autem.) Pponit differentiam opinionum philosophorum qui locuti sunt de anima. Primum capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte ponit conclusionem. In secunda parte recitat quandam opinionem antiquorum philosophorum qui (ut dictum est) inuestigauerunt naturam anime ex parte motus. Conclusio talis est. Quod inuestigando naturam anime prius et principaliter oportet inquirere ea que sunt propria ipsius anime. Nec conclusio probatur sic. tali ratione philosophi: quia accidentia propria maximam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est ut patet in proemio huius: ergo ad inuestigandum naturam anime prius et principaliter est querere ea que sunt propria eius. Ex qua conclusione inferitur tale correlarium quod inuestigando naturam anime: Prius et principaliter oportet considerare motum et sensum: quia inter omnia que competunt anime: motus et sensus sunt maxime propria: quod ex hoc patet: quia animatum ab inanimatis solum et maxime inter se differunt: videlicet per motum et sensum. Pro ampliori declaratione notandum primo secundum philosophos quod antiqui philosophi dicebant quod nil potest moueri nisi si moueatur. Cum ergo anima sit mouens corpus dicebant animam esse de numero eorum que mouentur. Cuius opinionis radix falsa est propter duo. Tum primo quia si omne mouens moueretur: sequeretur quod esset procedere in infinitum in mouentibus: ut patet secundo metaphysice. et octavo physicorum. Tum secundo quia id quod conuenit alicui per accidens non potest sibi conuenire semper: et per consequens potest ab eo separari. Considerandum secundo quod philosophus recitat in hoc capitulo quattuor opiniones eorum qui inuestigauerunt naturam anime ex parte motus. Prima opinio est Democriti qui dicebat animam esse ignem sine igne: quod anima nil aliud esset quam atomi igniti figuram rotundam habentes. Secunda est Leucippi qui dicebat animam nil aliud esse quam corpus sphericum. Tertia est opinio Pythagoricorum qui dicebant animam esse decisiones mouentes alia corpora. Quarta est opinio Anaxagore: quam recitat hic philosophus qui dicebat animam esse mouentem omnia. Considerandum ulterius quod Democritus posuit atomos siue decisiones esse semen siue principium totius nature: quia considerabat quod duo sunt de ratione principii: videlicet simplicitas et virtuositas: (ut hic adducit Egidius.) Cuius ergo atomi sint parvissime quantitatis: et per consequens simplicissimi et maxime motui. et per consequens virtuosissimi. ideo dicebat atomos esse principia omnium rerum: dicebat ultra illos ex quibus componitur anima esse igneos seu ignitos. Tum primo quia ignis est elementum maxime actiuum. Tum secundo quia ignis est calidus in quo calido consistit vita humana. Quia igitur videbat animam esse formam maxime actiuam inter formas naturales: et esse principium vite: ideo dicebat atomos ex quibus componitur anima esse ignitos vel igneos: dicebat etiam illos atomos esse rotunde figure: quia inter omnes figuras rotunda figura siue spherica est promptissima ad

motum quantum ad omnes differentias positionis: quod sunt sursum: deorsum: ante: retro: dextrum et sinistrum: quia igitur maxime anima mouet corpus ad omnes differentias positionis: non autem alie forme naturales: ideo dicebat animam esse compositam ex atomis rotunde figure siue spherice. Considerandum ulterius quod aliqua attribuuntur alicui dupliciter. Uno modo essentialiter. Alio modo per viam assimilationis. quando dicitur quod anima est ignis aut ignita. ignis non attribuitur anime essentialiter: sed per viam assimilationis: quod omnes proprietates ignis possunt appropriari anime et potissime rationali: ut infra patebit. Contra predictam conclusionem sic primo arguitur. Innata est nobis via communioribus ad specialiora procedere primo physico: ergo male dicitur in conclusione quod inuestigando naturam anime primo oportet querere ea que conueniunt sibi maxime secundum naturam: id est que sunt sibi propria. Preterea id quod est manifestum non indiget inquisitione: sed anima est manifestissima nobis: cum quilibet experietur in se habere animam: ergo non est necessaria aliqua inuestigatio ipsius anime. Ad primum dicendum quod duplex est cognitio: scilicet confusa et determinata. Verum est quod loquendo de cognitione confusa innata est nobis via a communioribus ad specialiora procedere: sed loquendo de cognitione distincta et determinata erodiam accipimus a propriis. Ad secundum dicendum quod licet anima sit nobis manifestissima quantum ad an est: est tamen difficillima quantum ad cognitionem quod est. Sequitur secundum capitulum. ibi. (Quicumque autem in cognoscendo.) Nec est lectio quarta eiusdem libri de anima: et in commento sancti Thomae.

Stud est secundum capitulum primi tractatus in quo postquam philosophus in precedenti capitulo recitauit opiniones antiquorum philosophorum de anima qui inuestigauerunt naturam eius ex parte motus: hic consequenter recitat opinionem illorum philosophorum qui inuestigauerunt naturam anime ex parte cognitionis et sensus. Primo ponendo id in quo conueniunt tales philosophi. Secundo recitando duas opiniones diuersas videlicet Empedoclis et Platonis. Considerandum autem primo quod omnes illi philosophi qui inuestigauerunt naturam ex parte sensus et cognitionis conueniunt in hoc quod vnanimiter dicebant esse principium aut principia omnium entium. id est dicebant animam esse compositam ex principijs rerum. unde secundum quod philosophi diuersimode locuti sunt de principijs et numero eorum diuersimode locuti sunt etiam de ipsa anima. Unde illi qui posuerunt vnum principium tantum posuerunt animam esse compositam ex illo principio: quod vero posuerunt plura principia dicebant animas esse compositas ex pluribus principijs. Considerandum est ulterius quod motuum illorum philosophorum quare posuerunt animam compositam ex omnibus principijs: erat tale: quia anima nata est cognoscere omnia videlicet intelligibilia per intellectum et sensibilia per sensum sed omnis cognitio tam intellectiva quam sensitua est ratione similitudinis: ex eo enim quod res cognita assimilatur: cognoscenti sit cognitio: nisi enim similitudo rei visibilis esset in oculo non posset videri: similiter nisi similitudo rei intelligibilis susciperetur in intellectu: non posset fieri intellectio: cum ergo anima non potest assimilari omnibus rebus: (ut ipsi dicebant.) nisi anima componatur ex principijs omnium rerum: ergo concludebant quod anima esset composita ex principijs omnium rerum: ut videlicet terra intelligeret: componeretur ex terra et sic de similibus. Considerandum est ulterius quod predictum motuum non valet: tum primo: quia si anima componeretur ex terra non intelligeret terram quod int.

existens prohibet extraneum: tum secundo quia ad hoc quod fiat intellectio vel sensatio: sufficit assimilatio rei cognite ad cognoscentem quantum ad hoc quod species seu similitudo rei cognite suscipitur in cognoscente: non est ergo necessesse quod lapis sine sensu esse male sit in oculo ut cognoscat ab eo: sed sufficit quod sit in eo sine esse intentionale. **C**onsiderandum est ulterius quod philosophus hic recitat duas opiniones principales videlicet empedoclis et platonis. opinio enim empedoclis erat quod anima esset composita ex quatuor elementis et ex concordia et discordia. Sed plato posuit animam compositam esse ex quatuor aliis principiis secundum quod posuit alia principia videlicet ex eodem et diverso siue partibili et impartibili: secundo ex ideis. tertio ex numeris. **C**onsiderandum est ulterius pro declaratione opinionis platonis: secundum doctores sanctum quod entia possunt tripliciter considerari. Uno modo in se et in propria natura. Secundo modo per respectum ad principium effectuum. Tertio modo per respectum ad ens in communi in quo omnia entia conveniunt. Quantum ad primam considerationem plato posuit duo principia entium: scilicet idem et diversum. Quantum vero ad secundam considerationem posuit tertium principium scilicet ideas. Quantum ad tertiam considerationem posuit numeros esse principia omnium rerum. **C**onsiderandum est ulterius secundum eundem quod omnis longitudo componitur ex duobus punctis compositis ex numero binario. latitudo vero siue superficies componitur ex numero trinario cum includit tria puncta. altitudo vero siue corpus componitur ex numero quaternario. unde quod dicebat res componi ex ideis: ideo dicebat ideam unitatis esse punctum: et primam longitudinem siue lineam esse ideam dualitatis: latitudinem vero siue superficiem dicebat esse ideam trinitatis siue numeri trinaris. **C**altitudinem vero primam siue corpus dicebat esse ideam numeri quaternaris. Et quia quilibet res sensibilis includit punctum latitudinem et longitudinem profunditatem: ideo dicebat quamlibet rem sensibilem compositam ex numeris et unitatibus. **C**onsiderandum est ulterius quod anima quecumque cognoscit aut cognoscitur intellectu aut scientia aut opinione aut sensu. intellectus vero includit unitatem quia est unus scilicet medij. Scientia vero includit dualitatem quia est duorum: videlicet ipsius medij et conclusionis: sed opinio includit trinitatem: quia est ipsius medij et ipsius conclusionis demonstrate et conclusionis formidate. Sensus vero includit numerum quaternarium: quia in sua operatione indiget corpore organico: sed omne corpus ut dictum est includit numerum quaternarium. Cum ergo ut dicit plato anima cognoscit omnia predicta quatuor: ideo dicebat animam esse compositam ex unitate dualitate trinitate et quaternitate: siue quaternario numero ut assimilaret omnibus rebus cognoscibilibus. **C**onsiderandum ultimo secundum philosophum in fine huius capituli quod aliqui alii philosophi volentes investigari naturam anime ex parte virtutis videlicet tam motus quam sensus. dicebat animam esse numerum mouentem seipsam. numerum quidem quia maxime cognoscitiva est: mouentem vero se: quia maxime motiva est inter omnes alias formas. **C**Sequitur tertium capitulum. ibi. (Differunt autem) **H**ic incipit lectio quinta eiusdem libri: et in commento sancti thome.

Stud est tertium capitulum primi tractatus in quo philosophus recitat diversitatem opinionum philosophorum loquentium de anima. et primo recitat diversitates eorum ad principia rerum. Differebant enim et quantum ad substantiam principiorum et quantum ad numerum. Quantum ad substantiam principiorum tripliciter differebant. Nam quidam posuerunt principia rerum esse corporalia

de quorum numero fuit empedocles qui posuit quatuor elementa esse principia rerum etc. Alii posuerunt illa principia esse spiritualia siue immaterialia ut plato qui posuit ideas. Alii vero posuerunt illa principia esse tam corporalia quam incorporea sicut anaxagoras qui posuit preter partes similes aut dissimiles: ipsum intellectum. Differant etiam secundum numerum: quia quidam posuerunt unum principium quidam plura etc. ut habitum est in prima philosophi. ad longum. Secundo recitat differentiam predictorum philosophorum quantum ad naturam anime. adducendo novem diversas opiniones: quarum prima est democriti qui dicebat animam esse igneam. Secunda est ipsius democriti qui dicebat animam esse compositam ex indivisibilibus corporibus et atomis. Tertia est anaxagore dicentis animam esse intellectum simplicem immixtum purum et separatum. Quarta est quam thales adducit. videlicet quod anima est quedam substantia per se motiva. Quinta est diogenis qui dicebat animam esse aerem. Sexta est heracliti qui dicebat animam nil aliud esse quam vaporem. Septima est quam almeon adducit: scilicet quod anima nil aliud est quam substantia incorporea de natura celi ex modo. Octava est ipsius hippocrati qui dicebat animam esse aquam. Ultima est quam adducit trixias qui dicit animam esse sanguinem. Nullus autem philosophorum posuit animam esse terram solum propter eius materialitatem. Et predictis inserit philosophus. primo quod omnes superscripti philosophi conveniunt in hoc quod investigaverunt naturam anime: aut per viam motus aut per viam sensus: aut per viam incorporeitatis: id est per viam cognitionis intellectivae. Insuper inserit secundo quod illi philosophi eo modo quo locuti sunt de principijs rerum: locuti sunt de natura ipsius anime considerantes animam esse principium rerum. Unde quod posuerunt tantum unum principium: posuerunt animam esse illud: qui vero posuerunt plura: posuerunt animam plura. **C**onsiderandum est pro opinione prima quod quod ignis est corpus maxime incorporeum subtile: et primum inter corpora. Ideo illi philosophi qui dicebant animam esse ignem ut propter incorporeitatem siue spiritualitatem intelligeret omnia et propter subtilitatem siue agilitatem: aut mobilitatem moueret se et omnia. Si queratur utrum hoc verum sit quod ignis sit immaterialissimum corporum sine rei veritatem. **C**Dicendum distinguendo: quod vel loquimur de corporibus elementaribus: vel loquimur de corporibus in universali absolute. Si loquamur de corporibus elementaribus: aut de corporibus mixtis: sic ignis est immaterialissimum et spiritualissimum omnium corporum: quod primum tam ex situ eius quam ex motu. Ex situ. Nam illa que inferiori loco situantur sunt materialiora ut patet de terra: cum ergo ignis sit locatus in superiori loco inter omnia elementa: necesse est dicere quod inter omnia corpora elementaria et inter omnia mixta sit spiritualissimum et immaterialissimum. Idem patet ex motu: quod quanto aliquid sunt magis materialia: tanto magis mouentur deorsum: quanto vero minus materialia: et per consequens levia magis: magis sursum. Cum ergo inter omnia elementa ignis maxime mouetur sursum: dicendum est quod inter omnia elementa ignis est immaterialissimum. Si vero loquamur de corporibus absolute. Dicendum quod ignis non est maxime immaterialis: aut incorporeus: sed corpus celeste est magis spirituale et immaterialius: cuius ratio est. quia ignis non agit cuiuscunque actui fuerit nisi in virtute corporis celestis. **C**onsiderandum est ulterius pro secunda opinione quod democritus considerans ex una parte quod anima esset maxime cognoscitiva et maxime mouens: considerans vero ex altera parte quod omnia constituuntur ex atomis: tanquam ex principijs rerum. sed quia sunt rotunde figure: et multum habiles ad motum. Ideo dicebat animam esse compositam ex atomis:

ut cognosceret omnia in quantum sunt principia: et ut moueret omnia in quantum sunt rotunde figure et sphericæ. Considerandum ultimum pro opinione anaxagoræ quod quadruplex est compositio. Quedam est compositio partium quantitativarum. Alia est compositio que est ex elementis: sicut mixtam componitur ex elementis. Tertia est compositio que est diuersis rebus materialibus aliis ab elementis: sicut homo componitur ex cerebro corde &c. Quarta est compositio ex instrumento organico et potentia eius. Ad remouendum primam compositionem anaxagoras dicebat et bene intellectum esse simplicem. Ad remouendum vero secundam compositionem ab anima: dicebat intellectum esse immixtum. Sed ad remouendam tertiam compositionem ab anima dicebat intellectum esse separatum. Ad remouendam autem quartam compositionem ab ea dicebat intellectum esse purum. quod ergo non possit differentias inter animam et intellectum concludere diffinitione quod anima nihil aliud est quam intellectus simplex immixtus purus &c.

Sequitur tractatus secundus eiusdem.

Sequitur in textu. (Considerandum autem &c.)

Hec est lectio sexta eiusdem primi libri: et in commento sancti thome.

Secundus tractatus in quo philosophus recitat opiniones philosophorum qui locuti sunt de anima tam ex parte motus quam ex parte cognitionis: qui quidem tractatus continet octo capitula. In primo capitulo adducit rationes convenientes contra eos qui dicebant animam per se moueri. In secundo capitulo ponit rationes speciales ad idem adducendo opiniones Platonicas. ibi. (Quidam autem et maxime &c.) In tertio capitulo reprobat opinionem Platonicam. ibi. (Primum quidem igitur non bene dicere.) In quo capitulo reprobat opinionem illorum qui dicebant animam esse armoniam quandam. ibi. (Alia autem est opinio.) In quinto capitulo remouet opinionem illorum qui dicebant animam per se moueri. ibi. (Ratiocinabilis autem &c.) In sexto capitulo reprobat opinionem illorum singulariter qui dicebant animam esse numerum seipsum mouentem. ibi. (Adultam autem ex his que dicta sunt.) In septimo capitulo reprobat opiniones illorum qui dicebant animam elementum aut ex elementis. ibi. (Tribus autem modis traditis.) In octavo et ultimo capitulo reprobat opinionem illorum qui dicebant animam esse in toto universo: et per consequens quod totum uniuersum esset animatum. ibi. (Et in toto autem quidam ipsam misceri dicunt.) In primo autem capitulo contra eos qui dicebant animam per se moueri: (supponendo diuisionem motus in motum per se et motum per accidens. adducit sex rationes convenientes. Quarum prima est.)

Si anima per se moueretur: aut moueretur motu locali aut motu augmenti et decrementi: aut motu alterationis: quia tantum sunt quatuor species motus: sed nullum istorum est dicendum: quia cum omnis motus sit in loco: (ut dicit textus.) sequeretur quod ipsa anima esset in loco per se: quod est inconueniens. Tum primo quia non habet esse per se. Tum secundo: quia non est corpus: (ut supra patebit.) sed actus corporis. Secunda ratio talis est. Quicquid naturaliter mouetur potest uolenter moueri: et quicquid naturaliter quiescit: potest uolenter quiescere. Si ergo anima moueretur per se naturaliter et quiesceret: posset moueri uolenter et quiescere uolenter: quod absurdum est: quia non solum inias proferretes: sed et fingere uolentes motum uolentes anime tribuere non possunt. Tertia ratio est. Si anima moueretur per se: moueretur sursum aut deorsum aut ad medium. Si sic: tunc esset quoddam elementum aut compositum ex elementis ut antiqui uoluerant: sed consequens est falsum cum moueat corpus ad omnes differentias positionis. consequentia per quod ignis

aut mixtum in quo predominatur ignis mouetur naturaliter sursum terra deorsum: aqua et aer ad medium. Quarta ratio talis est. Si anima moueret corpus. eo quod ipsa mouetur: (ut antiqui dicebant) eodem motu mouebit corpus: sicut et ipsa anima et e contra: sed corpus mutat locum: ergo et anima mutat locum: et per consequens transibit de corpore in corpus cum sit in corpore: ut ipsi dicebant: sicut aqua in vase: et per consequens erit resurrectio mortuorum animalium. Quia dum anima dimittit corpus in quo est: intrabit in aliud corpus mortuum. Et sic corpus mortuum resurget. Quinta ratio est. Illud quod mouetur per aliud non mouetur per se: sed anima mouetur per accidens. scilicet a sensibilibus: ergo non mouetur per se. Ultima ratio est. Nam si anima secundum suam naturam moueret et moueretur per se: sequeretur quod natura siue substantia anime distaret a seipsa: quia omnis motus facit distare id quod mouetur ab eo a quo mouetur: cum idem non possit esse in actu et in potentia respectu eiusdem simul et semel. Pro declaratione precedentium considerandum primo quod licet antiqui philosophi diffinirent animam tribus uis: (ut supra dixit philosophus) uidelicet per motum et sensum et per incorporeum siue immaterialitatem. tamen philosophus non prosequitur contra eos quantum ad incorporeitatem: quia uera opinio est quod anima est incorporea: et immaterialis potissime loquendo de anima rationali que non educitur de potentia materie: neque utitur organo corporeo in sua operatione: uerumtamen dicere animam esse subtilissimum corpus: falsum est. Considerandum secundo quod tripliciter aliquid dicitur moueri: scilicet per se primo. per se secundo: id est per alterum et per accidens. exemplum primi. ut lapis mouetur per se primo deorsum pars lapidis mouetur per se secundo id est per alterum: sed accidentia lapidis mouentur per accidens ad motum ipsius lapidis: et licet philosophus non enumeret nisi duos modos ipsius moueri expresse: tamen omnes predictos modos enumerat sub intellectu siue comprehensue. Considerandum tertio quod motus potest accipi dupliciter. Uno modo communiter: scilicet ut se extendit ad omnem mutationem tam instantaneam quam successiuam: et illo modo sex sunt species motus que continentur in his uersibus: uidelicet (Auger dimittit corrumpit et generat.) Alterat et mutat sic per loca multa uagatur. Alio modo accipitur motus proprie et physice: prout uidelicet se extendit ad motum que est cum transmutatione naturali: et illo modo tantum sunt quatuor species motus: ut hic loquitur philosophus. Considerandum ulterius quarto quod albus potest considerari dupliciter. Uno modo in sensu composito: uidelicet per suo significato formali. albus. n. de suo significato formali significat albedinem cui non competit moueri per se. alio modo accipitur in sensu diuiso uidelicet pro suo significato materiali uidelicet pro eo quod est album: primo modo albus mouetur per accidens. Secundo mouetur per se. Considerandum ultimo quod unguis eo modo competit moueri: quomodo competit sibi esse. Illa ergo que non habent esse per se sed in alio: non mouentur per se: sed per alterum aut per accidens. Tum ergo nulla forma naturalis habeat esse per se sed per alterum. Et licet anima unita corpori subsistat per se substantia incompleta: non tamen per se subsistat substantia completa: ut infra patebit. Contra nonnulla dicta in textu: sic arguit. Antiqui philosophi tribus modis investigauerunt naturam anime: uidelicet sensu: motu: et incorporeo: ut in precedenti capitulo adduxit philosophus: ergo insufficienter philosophus prosequitur contra eos quantum ad duos modos tantum. Preterea in tertio et quarto physice dicitur quod aliquid dicitur tripliciter moueri: ergo hic male dicitur quod tantum dupliciter aliquid mouetur. Preterea philosophus in tertio physice dicitur: et in quinto enumerat sex species motus: et

go hic insufficienter dicitur quod quattuor sunt motus. **C**on-
terea soli corpori debet locus ut patet quarto philosophorum:
sed motus non est corpus: ergo motus non est in loco et
per consequens philosophus male dicit in textu quod omnes
motus sunt in loco. **C**onterea. omne corpus per se po-
test moveri: sed omne album est corpus: ergo omne al-
bum per se potest moveri: quod est contra philosophum
in textu: ubi dicit (quod moventur hec). scilicet album et tricubi-
tum: sed secundum accidens. **C**onterea. celum movetur na-
turaliter: et tamen non potest moveri violenter: ergo phi-
losophus male dicit in textu quod quaecumque moventur natu-
raliter: moventur etiam violenter. **C**onterea celum
non potest quiescere naturaliter: et tamen movetur natu-
raliter: ergo male dicit philosophus quod quicquid move-
tur natura quiescit natura. **C**Ad primum secundum et tertium
per solutio ex dictis. **C**Ad quartum dicendum quod motum esse in
loco potest intelligi tripliciter. primo modo considerando motum
ex parte mobilis: et clarum est quod omnes motus sunt in loco. id est omne
mobile quod movetur per aliquem motum est in loco. alio modo quan-
tum ad modum movendi: et illo modo est motus in loco: ut
clare patet de loci mutatione augmentatione diminutione: de
alteratione autem patet: quod in omni alteratione requiritur
approximatio alterantis ad alterabile: quod non potest fieri
in loco. tertio modo quantum ad motum in se: et sic ante-
cedenter etiam omnis motus est in loco. id est omnis motus pre-
supponit motum localem qui est de loco ad locum. **C**Ad
quintum dicendum quod per solutio ex dictis: quod ibi arguitur
a sensu diviso ad sensum compositum: et per hoc ibi committi-
tur fallacia compositionis. **C**Ad sextum dicendum quod duplex
est motus. Quidam est qui habet quiescentem sibi oppositam: sicut est mo-
tus corporum simplicium aut mixtorum corruptibilium. alius est
motus qui non habet quiescentem sibi oppositam: ut est motus corpo-
rum celestium. Quicquid. n. movetur naturaliter. primo modo di-
cto potest moveri violenter: non autem secundo modo: unde ratio la-
borabat in equoco. et per hoc per solutio ad. 7.

CSequitur in textu. (Quidam autem movere.) Hec est lec-
tio septima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est secundum capitulum huius secundi tra-
ctatus in quo philosophus adducit opinio-
nem democriti in speciali reprobando eam duabus
rationibus finaliter adducendo opinionem trimem-
brem platonis. dicebat. n. democritus quod anima proponebat
ex atomis quae semper moventur et quod moveret corpus: eo modo
quo movetur sic describens animam quod anima est que movet cor-
pus continue mota. Cuius persuasio erat talis. Sicut se habet
argentum vinum ad statuam id est minerue: ita se habet anima
ad corpus. sed argentum vinum quandoque movebatur
monebat illam statuam: ergo anima quandoque movetur
mouet corpus. Cum ergo ipsa anima componatur ex atomis
semper mobilibus dicebat animam semper movere corpus sic.
CConsiderandum autem est quod predictam opinionem reprobat philosophus
duabus rationibus: quarum prima est. Eadem natura est principium mo-
vendi et quiescendi alicuius: sed anima aliquid quiescit. (ut patet
ad sensum.) ergo id quod erit principium quietis animalis erit
principium movendi: sed anima cum semper (secundum democritum)
moneatur non potest esse principium quietis ipsius animalis: er-
go non erit principium movendi. Si dicatur quod anima nunquam quiescit: sed semper movetur saltem motu alterationis. ergo ratio nul-
la. dicendum quod democritus loquebatur de motu locali: et
non de motu alterationis solum. Unde ratio non simpliciter
concludat: concludit tamen contra democritum: scilicet. n. verum
sit quod omne animal sit in continuo motu vltimo loquendo de
motu: tamen non est in continuo motu locali: ut voluit demo-
critus. Secunda ratio est. animal movetur per voluntatem et ap-
petitum: ergo sequitur quod corpus animalis siue animal non move-
tur ab anima secundum se considerata. **C**Considerandum est vlti-
mus quod philosophus in textu adducit tres opiniones pla-
tonis de anima secundum triplicem eius considerationem. Pri-
ma opinio est quod anima est que unitur corpori et movetur il-
lud. Secunda opinio est quod anima est quoddam compositum
ex numeris armonicis. Tertia opinio est quod anima est

aspectus rectus reflexus in duos circulos: quorum unus
dividitur in septem circulos. Consideravit enim plato quod
anima potest tripliciter considerari. Uno modo ut est for-
ma corporis et isto modo dicebat animam unitam corpori:
et ipsum movere. alio modo potest considerari anima per
respectum ad sua principia: et sic dicebant animam esse
compositam ex numeris siue ex consonantiis. tertio mo-
do potest considerari quantum ad eius operationes et mo-
tum: et isto modo dicebat animam esse aspectus rectum
et c. **C**Considerandum est vltius quod si opinio platonis
consideretur secundum sonum verborum: sic veritatem non ha-
beret: ut ostendit infra philosophus: sed si consideretur
quantum ad sententiam verborum per viam. scilicet cuiusdam
similitudinis: sic habet veritatem. Manifestum est enim
quod anima unita corpori per se non movet ipsum corpus
sed mediantibus tantum suis potentiis. Sicut etiam in
numeris primo reperitur consonantia et proportio ani-
ma habet similitudinem ad numeros armonicos quia
reperitur maxima proportio anime ad corpus et parti-
um corporis inter se ut debite exerceat suas operationes.
Manifestum est etiam quod anima consideratur aspectus
directus et reflexus per modum circuli: qui quidem cir-
culus dividitur in duos circulos: quorum vltimas divi-
ditur in septem similitudinarie loquendo: nec intellectus
vere recte intelligit suum obiectum. que intellectio po-
test dici intellectus directus: et intelligendo suum obie-
ctum etiam reflectitur supra seipsum per modum circu-
li: qui quidem intellectus circulus: id est intellectio divi-
ditur in duos circulos: id est in duos diversos modos in-
telligendi. alio modo intelligit materialia et alio modo
spiritualia. Ultimus vero circulus id est intellectio que
intelligit materialia dividitur in septem circulos: id est in
septem intellectiones: secundum septem gradus corpo-
rum materialium: que quidem corpora sunt elementa
mixta imperfecta ut impressiones meteorologicae: mix-
ta perfecta inanimata vegetabilia et sensitiva motiva secundum
locum et intellectiva.

CSequitur (Primum quidem igitur.) Hic incipit lectio
octava eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est tertium capitulum presenti
tractatus in quo postquam philoso-
phus adduxit opiniones platonis ponit conclu-
siones contra predictam opinionem secundum
quod plato in sua opinione quattuor affirmavit. Dicebat. n.
animam esse aspectum rectum: id est magnitudinem con-
tinuam. Dicebat vltra animam esse magnitudinem cir-
cularem: Tertio dicebat animam esse magnitudinem mo-
tam. Quarto dicebat quod esset unita corpori. Ex quibus om-
nibus elicitur definitio anime secundum platonem: videlicet
quod anima est aspectus rectus id est magnitudo cor-
pori unita ex numeris armonicis composita. reflexa in cir-
culum divisam in duos circulos: quorum unus dividit-
tur in septem circulos ut dictum est quia ergo plato dice-
bat animam esse magnitudinem: ideo philosophus pri-
mo ponit unam conclusionem contrariam: videlicet quod
anima non est magnitudo: quam quidem conclusionem
probat tribus rationibus. que magis respiciunt verba pla-
tonis quam intentionem eius. Quarum prima est. Talis
est intellectus qualia sunt intelligibilia. (Cum potentie
specificentur per obiecta) sed intelligibilia intellecta ab
intellectu non sunt continua ut magnitudo: sed magis con-
sequenter se habentia. ut numeri: ergo intellectus non est
continuus ut magnitudo: et per consequens non est ma-
gnitudo. **C**Secunda ratio. Si intellectus esset magnitudo
intelligens aliquod intelligibile: aut talis magnitudo
intelligeret intelligibile secundum partem quantitativam
aut secundum punctum applicando se videlicet ad intel-
ligibile: secundum partem divisibilem: aut partem pun-
ctualem: non secundum partem punctualem: quod puncta
sunt infinita in magnitudine continua que nequaquam est
transire. Nec secundum partem quantitativam aut divi-

Abstem: quia infinites intellectus intelligeret idem: quod est inconueniens. Tertia ratio est. Impossibile est quod in diuisibile intelligatur per diuisibile: vel diuisibile per in diuisibile. Si ergo anima esset magnitudo composita ex indiuisibilibus: sic non posset intelligere diuisibilia sine materialia. Si vero esset composita ex diuisibilibus non posset intelligere indiuisibilia sine imaterialia: quoniam utrumque est contra platonem qui posuit intellectus posse intelligere tam materialia quam imaterialia. **C** Sed considerandum est quod predictae rationes sunt magis contra verba platonis et non contra sententiam aut intentionem eius. Quando enim plato dicit animam esse magnitudinem loquitur si figurative sine metaphorice ad similitudinem magnitudinis continue corporis celestis. non enim dicebat animam esse magnitudinem corporalem: quando ipse (ut hic dicit philosophus) dicit ipsam animam esse unitam et coniunctam corpori: sed dicebat animam esse magnitudinem virtutis: que quidem magnitudo attenditur secundum perfectionem essentie operationis ipsius anime ad similitudinem. (ut dictum est) corporis celestis: quia sicut in magnitudine attenditur maxima continuitas perfectio et proportio mobilis ad mouens: ita in magnitudine virtuali ipsius anime (i. in operatione sua) attenditur maxima perfectio et proportio: que attenditur inter intelligibile et ipsum intellectum. Ex quo patet quod si aliquis probabiliter vellet soluere rationes philosophi non oporteret nisi negare suppositum: videlicet quod plato non posuit animam esse magnitudinem corporalem continuam. **C** Considerandum tamen est quod quidam doctorum hic dicunt quod plato cum esset doctor veritatis non debebat tradere suam scientiam sub velaminibus metaphoricis: cum veritas non querat angulum: unde plato non solum erat reprehensibilis a philosopho: ut ipse dicit quantum ad intentionem ipsius: sed etiam quantum ad sonum verborum. Sed hoc esset dicere quod theologia sacra que est scientia maioris veritatis quam philosophia naturalis esset reprehensibilis. traditur. n. sub velaminibus metaphoricis ratio non male fecit plato tradendo suam scientiam sub metaphoricis locutionibus. **T**u primo quod intellectus etiam huiusmodi inquirendo veritatem abilitat. **T**u secundo quia emuli superbi: non ita cito posset peruenire in cognitionem veritatis. **C** Secunda conclusio que tangitur infra (necessarium autem est) est quod anima non est circulus: que conclusio probatur rationibus duabus philosophi: quarum prima est. nam si intellectus esset circulus sine circulatio sequeretur quod operatio que dicitur intelligentem esset circulatio cum circulatio sit actus ipsius magnitudinis circularis philosophus est falsum. ergo et c. falsitas philosophus sic patet. Nam si operatio ipsius intellectus esset circulatio sequeretur quod operatio esset perpetua et semper duraret: sed operatio intellectus non semper durat cum beatum finem. ergo non est circularis: probatio minoris: quod omnis operatio intellectus aut est practica aut speculativa: sed operatio practica terminatur ad aliquod terminum. scilicet ad finem: quod hinc sine cessat operatio. practica cum finis se beat in practicis sicut principium in demonstrabilibus: ut patet philosophus 7. et hinc. sicut operatio speculativa terminatur ad aliquod terminum: videlicet ad principium demonstrationis: quo hinc cessat omnis operatio intellectus speculativa: quia tam syllogismus demonstrativum quam medium eius quod est definitio: dicitur terminus. Secunda ratio est. Si operatio sine intelligentia ipsius anime esset circulatio: sequeretur quod unum et idem multotiens intelligeretur: consequens est impossibile. ergo id ex quo sequitur probatio sequens: quod in circulatione fit ingressus ab eodem puncto. ad idem punctum multotiens in modo infinites: stante eius perpetuitate. **C** Pro declaratione precedentium considerandum est. primo secundum Egidium quod in circulo non est aliquod punctum in actu: sed solum in potentia. Eadem ergo ratione que motus circularis terminaretur in uno puncto: terminaretur in quolibet. aut ergo ille motus terminabitur in quolibet puncto: aut nunquam incipiet: quia impossibile est quod idem motus in eodem puncto terminetur et incipiat: aut ergo non incipiet in

aliquo puncto: aut non finietur in aliquo puncto: et sic semper durabit. **C**u ergo ad superscriptum patet quod motus circularis incepit esse: sequitur tamen quod motus circularis est perpetue durationis sicut philosophus. unde si intellectus esset circulatio: esset perpetue durationis. **C** Considerandum secundo quod prima operatio intellectus: (scilicet philosophus hic que dicitur simpliciter intelligentia.) terminatur ad definitionem que dicitur ratio dicens quod quid erat esse. Secunda vero operatio intellectus qua apprehendit propositiones: terminatur ad syllogismum sive ad metaphysicum syllogismum: quod quidem metaphysicum est ratio dicitur: quia virtutes habet probandi rationes. Similiter syllogismus dicitur ratio: (ut hic dicit philosophus.) unde consuevit dicere quod hi qui in disputatibus faciunt fortes syllogismos et efficaces: dicimus quod faciunt efficaces rationes. **C** Considerandum est ultra quod predictae due rationes philosophi: probabiliter loquendo non concludunt contra platonem sed falsum supponunt. Non enim potuit plato quod operatio intellectus esset motus circularis quod est super magnitudine quantitativa: aut dimensiva: sed similitudinaria dicebat eam esse circularem fundatam super magnitudinem virtutis ut declaratum est: unde non sequitur quod si operatio intellectus esset talis circulatio quod esset perpetua: et dato quod tam operatio practica quam speculativa non sit perpetua: et continua: non tamen propter hoc sequitur quod operatio intellectus posset continuari: quia intelligendo finem unum: potest intelligere finem alterius. postquam intellexit principium unius potest intelligere principium alterius. neque inconueniens videtur: quod (ut secunda ratio voluit) unum multotiens ab eodem intellectu intelligatur non secundum eandem rationem sed diuersis rationibus. **C** Tertia conclusio que tangitur ibi. (Ad hoc autem et c.) quod intellectus non est motus que conclusio probatur duabus rationibus. Quarum prima est. Illud quod assimilatur magis quieti quam motui: non debet dici motus. Sed intellectus quantum ad eius vitam que operationem assimilatur quieti quam motui: ergo non est motus. Secunda ratio est talis: beatitudo consistit in operatione naturali ipsius intellectus sed motus non est operatio ipsius intellectus cum non sit de substantia aut de substantia eius: ergo intellectus non est motus. **C** Pro declaratione huius conclusionis considerandum est primo quod intelligentia sine operatio intellectus philosophi, assimilatur quieti: quia secundum perfectissimam operationem intellectus: anima fit sciens et prudens. Sed anima sedendo et quiescendo sit prudens et sciens per philosophum septimo philosophi: ergo operatio ipsius anime que dicitur intelligentia magis assimilatur quieti quam motui: quia syllogismo vel metaphysico habito cessat operatio intellectus: ergo et c. **C** Considerandum tertio quod duplex est beatitudo. scilicet increta quam solus deus habet. Alia est creata: et illa est duplex. quedam est perfecta que videlicet expectatur in gloria ad quam philosophi naturales peruenire non poterunt. Alia est beatitudo imperfecta que in hac vita ex puris naturalibus acquiri potest de qua philosophi locuti sunt. Et illa est duplex. nam quedam est practica: alia est contemplativa. **P**ractica consistit in suprema operatione prudentie. **C**ontemplativa vero consistit in suprema operatione sapientie. Ex quo patet quod quilibet beatitudo sine felicitas: de qua locuti sunt philosophi sicut mentem philosophi in presenti passu: consistit in operatione intellectus (quod est contra nonnullos): alias ratio philosophi nulli esset efficacia. **C** Considerandum est ulterius quod aliquid dicitur naturale tripliciter. Uno modo quia inest sibi a natura id est a natiuitate. Alio modo quia est de natura id est de substantia sine essentia eius. Tertio modo quia competit sibi sicut naturam id est secundum principia naturalia: beatitudo autem non dicitur esse naturalis anime. **P**rimo modo quia ut sic sibi conueniret a natiuitate eius. neque est sibi naturalis. Secundo modo videlicet quod sit de substantia sine de essentia eius. Sed naturalis est anime. Tertio modo: quod ipsa anima rationalis per principia sua naturalia potest pertingere ad beatitudinem suam predictam de qua locuti sunt philosophi. **C** Considerandum est ulterius quod plato secundum sonum verborum sue opinionis habet dicere quod operatio anime que dicitur motus

secundum ipsum) sit preter aut extra naturam eius: quia dicebat animam esse compositam ex unitatibus et numeris ut verba eius sonant: sed unitas non habet positionem in continuo. Ad motum vero quilibet requirit magnitudinem aliquam compositam ex partibus positionem habentibus in continuo ut patuit in presenti: ergo motus secundum quod verba platonis sonant non competit anime secundum sua principia naturalia: et per consequens preter naturam.

Sed pro intentione platonis et sustentatione opinionis eiusdem considerandum est ulterius: quod motus non solum secundum platonem: sed et secundum philosophum duo decimo metaphisice. potest considerari dupliciter. Uno modo physice siue naturaliter ut est actus imperfectus alicuius existentis in potentia secundum quod huiusmodi. Alio modo capit motus metaphorice ut est actus perfectus alicuius existentis in actu.

Primo modo motus dicitur imperfectio et competit rebus operabilibus: qui solum habet fieri supra aliqua magnitudine corporali. Sed secundo modo motus dicitur perfectionem: et sic non solum competit rebus corporalibus: sed etiam ipsi deo: et illo modo velle intelligere desiderare appetere dicuntur motus. Et isto ultimo modo locutus est plato quando dicebat operationem anime esse motum recte dicens. Et per hoc patet solutio probabiliter ad utraque rationes philosophi contra platonem.

Quarta conclusio que tangit. ibi. (laboriosus autem est.) quod anima non debet villo modo uniri corpori: sicut plato dicebat: quam conclusionem probauerat philosophus tribus rationibus quarum prima est. Nam si sic anima debet uniri corpori: sequeretur quod corpus sit propter animam magis quam e converso: sed secundum platonem corpus non erat propter animam: quia dicebat animam habere motum et operationem per se: dicebat. nam animam monere seipsam: ergo anima in suis operationibus non indigebat corpore: sed esset ab eo separata: et per consequens si esset corpus non esset propter animam. Secunda ratio talis est: nam anima sic debet uniri corpori: quod ex tali unione possit reddi ratio omnium motuum ipsius corporis: sed plato per unionem anime ad corpus non potuit reddere rationem quare mouetur circulariter. Cum motus eius per se sit motus: ergo etc.

Tertia ratio est. Nam plato non determinavit de qualitate: dispositione: et quantitate corporis cui unitur anima: videtur ergo secundum ipsum quod anima posset uniri indifferenter cuilibet corpori: quod est falsum: quia quilibet actus et perfectio requirit determinatum et dispositum perfectibile: quia actus actiuorum sunt in patiente disposito.

Considerandum est ulterius quod animam intellectiuam esse separatam a corpore secundum suas operationes: (ut supra dictum est.) potest intelligi tripliciter videlicet subiective organice vel obiective: clarum est quod subiective secundum platonem anima non est separata a corpore: cum posuit eam unitam corpori: neque obiective: cum eam dixerit intelligere corporalia: sed organice: siue instrumentaliter dicitur separari a corpore: quia non indiget in sua intellectione organo corporali: exercet tamen suas operationes in corpore. unde si quis sustentare voluerit opinionem platonis: poterit dicere ad primam rationem philosophi: quod licet corpus non sit propter animam organice: est tamen propter animam subiective. quia (ut dictum est.) anima unita corpori nullo pacto potest exercere suas operationes sine corpore: hoc est nisi sit in corpore.

Considerandum ulterius secundum Egidium quod tria attendenda sunt in unione anime ad corpus. Primum est quod corpus in tali unione sit propter animam potius quam e converso. Secundum est quod per talem unionem possit reddi ratio omnium motuum ipsius corporis ex parte anime. Tertium est quod corpus cui anima unitur debet esse debite dispositum et organizatum. unde secundum ista tria adducit philosophus tres predictas rationes contra positionem platonis.

Considerandum ulterius est quod in his que agunt secundum naturam: deus vult et disponit omnia que requiruntur ad veram substantiam et perfectionem eorum: ut possint debite exercere suas operationes: disposuit ergo deus et voluit quod anima intellectiva possit habere

motum rectum (i. operationem rectam.) et circulariter et reflectivam. Ex hoc enim natura forme immaterialis differt a materiali et organica quod potest reflecti super seipsam: et per consequens moueri circulariter (i. habere operationes siue intelligentiam circulariter). Siquis ergo vellet sustinere opinionem platonis posset dicere ad illam rationem philosophi: quod ratio quare anima mouetur circulariter secundum platonem: (id est quod habeat intellectionem circulariter.) natura ipsius anime intellective: cuius perfectio cum sit immaterialis hoc requirit.

Considerandum est ulterius quod de aliquo fit mentio dupliciter. Uno modo proprie et in speciali. Alio modo sub metaphoris et implicite. Volens ergo sustinere opinionem platonis dicet ad tertiam rationem philosophi. quod licet plato non determinat proprie et in speciali de susceptivo proprio ipsius anime. determinat tamen de ea sub metaphoris: quemadmodum determinavit de ipsa anima: non enim dicebat animam uniri cuilibet corpori: videlicet corpori lapidis: sed dicebat eam habere determinatum corpus: ut ex operationibus satis habetur.

Sequitur in textu. (Alia autem opinio quedam etc.) Hic incipit lectio nona huius primi de anima in commento sancti Thomae.

Stud est quartum capitulum huius tractatus secundi in quo philosophus remonendo opinionem illorum qui dicebant animam esse armoniam quandam tria facit.

Primo adducit unam conclusionem: videlicet quod anima non est armonia siue proportio. Secundo descendit ad opinionem Empedoclis. ibi. (Inuestigabat.) mouendo contra eum tres questiones quas ipse non deducit in presenti. Tertio adducit duas rationes. ibi. (Si vero autem.) quibus probat dictam opinionem esse probabilem.

Considerandum est autem quod in armonia siue proportione aut in compositione rerum quattuor possumus considerare secundum sanctum thomam et egidium. videlicet ipsam rationem compositibilem. principia motus: ipsorum proprietates et passiones: que consequuntur ipsam compositionem et ipsa compositibilia. unde ratione horum quattuor philosophus adducit unam conclusionem. videlicet quod anima non est armonia quam probat quattuor rationibus: quarum prima est. quod armonia nil aliud est nisi aut compositio aut ratio compositorum: sed anima non est neque ratio compositorum neque compositio: ergo anima non est armonia. Et si arguatur. Illud est ratio compositibilem aut compositorum: quod continet partes componentes ne dissoluantur. sed anima est huiusmodi ut expresse patet in secundo huius philosophi. Ergo videtur quod anima est ratio compositorum. dicendum secundum Egidium quod ratio in proposito potest accipi dupliciter. Uno modo pro quodam temperamento eorum que compositiones ingrediuntur. Alio modo pro principio formali ipsius compositi et partium compositum. Anima bene est ratio secundo modo non autem primo modo: ut est in proposito. Secunda ratio est. armonie non conuenit mouere: sed anime conuenit per se mouere secundum ipsos: ergo anima non est armonia: Tertia ratio est. Habita quidditate alicuius facile est reddere et assignare rationes proprias. Sed habito quid sit armonia non facile est sed multum difficile est assignare proprias passiones et proprietates ipsius anime: ergo anima non est armonia.

Quarta ratio. Si anima esset armonia: aut esset compositio partium corporis aut esset ratio eorum que miscentur in omni scilicet compositio partium: quia compositio partium est multum nobis manifesta: sed ipsa anima cum suis partibus non est nobis manifesta: sed multum difficilis: ergo et cetera. Nam secundum quod in diuersis partibus corporis sunt diuersae mixtiones: si ergo anima esset ratio mixtionis sequeretur quod in diuersis partibus corporis essent diuersae anime quod est inconueniens.

Considerandum est ulterius quod philosophus in speciali descendendo ad opinionem Empedoclis monet contra eum tres questiones ut dictum est. Quarum prima est. utrum anima est ipsa armonia siue ratio mixtorum: aut aliqua

aliud: si dicatur primum: ergo cum diuerse rationes mixtionis sint in eodem corpore sequeretur: quod in eodem sint plures anime. Si sit aliquid aliud: ergo corpus animatum non habet rationem mixtionis: cum anima secundum Empedoclem esset ratio mixtionis in animatis. **C** Secunda questio est. An illa armonia sine amicitia sit causa mixtionis in omnibus vel solum in animatis. Si Empedocles dicat primum: sequitur quod omnia mixta erunt animata: cum anima dicatur esse armonia illa. Si dicat secundum contradicit opinioni sue: quia dicit concordiam esse causa generationis et mixtionis omnium rerum: ut patet primo philosophorum. **T**ertia questio est utrum illa concordia sit illa armonia quam dicit anima aut non. Si Empedocles dicat primum sequitur quod idem erit causa sui ipsius. quia dicebat concordiam esse causam cuiuscunque proportionis. Si dicat secundum: sequitur quod concordia non est concordia. Cum ipsa armonia quedam concordia sit. **C** Considerandum finaliter quod philosophus adducit duas rationes quibus probat quod predicta opinio est probabilis. Quarum prima est. nam si anima non esset ratio mixtionis aut compositionis rerum: sequeretur quod ipsa separata a corpore: corpus non corrumpere: consequens est falsum: et contra scriptum: ergo et cetera. Secunda ratio si anima non esset ratio compositionis et mixtionis partium corporis: sequeretur quod deficiente corpore non deficeret anima: hoc autem apparet esse falsum: igitur probabiliter videtur quod anima sit ratio compositionis aut mixtionis rerum in quadam armonia consistens. Sed (ut dicit doctor sanctus in commento.) hoc non sequitur: quia proportio huiusmodi non est forma sicut ipsi credebant: sed est ipsa dispositio materie ad formam. Et sic si accipiatur proportio armonie compositionis per dispositionem tali. bene sequitur quod manente dispositione materie ad formam: manet forma: et destructa huius dispositione remouetur forma. **H**ec Thomas. **C** Sequitur (rationabilis autem dubitabit.) **H**ic incipit lectio decima eiusdem libri et in commento sancti thome.

Stud est quintum capitulum huius tractatus in quo philosophus improbat opiniones antiquorum dicentium animam per se moueri: propter hoc quod tristari et gaudere et ridere sunt quidam motus: ponendo unam distingat conclusionem: que talis est. Quod anima propter eius passionem non mouetur. quam conclusionem probat quatuor rationibus: quarum prima est. Nam ea que conueniunt per se anime: non conueniunt corpori aut toti coniuncto. sed gaudere et tristari et huiusmodi passiones anime conueniunt corpori et toti coniuncto ergo motus tales non conueniunt per se ipsi anime. Secunda ratio est. Illud quod est ratio et principium motus: sibi non competit per se moueri: sed anima est ratio et principium motus eius. ergo sibi non competit per se moueri. Tertia ratio. Nihil mouetur nisi motus sit in eo: sed predicti motus (ut gaudere ridere et tristari) non sunt in anima: sed magis ab anima: ergo secundum predictos motus anima non dicitur per se moueri. Quarta ratio est. In illo sunt predicti motus aut passiones anime: per cuius debilitatem: ille passiones debilitant: sed organa corporalia sunt huiusmodi: ut patet in infirmis et litargicis et freneticis: similiter et in ebriosis: ergo secundum dictos motus: anima non debet dici moueri. **C** Pro declaratione precedentium considerandum primo quod quidam antiquorum posuerunt animam per se moueri: quia dicebant passiones et operationes anime esse motus ut tristari gaudere timere et cetera. sic arguentes. Quicunque competit per se motus illud mouetur: sed anime competit motus per se: ut tristari gaudere et cetera. ergo anima per se mouetur: sed hec ratio secundum themixtum in duobus peccat. primo quod gaudere tristari et timere et cetera. non sunt motus proprie dicti. Secundo dato quod essent motus proprie dicti: non sequitur quod anima mouetur per se. quia sunt passiones totius coniuncti et non anime tantum. Unde philosophus in ista: dicitur aut irasci animam: simile est ac si diceret animam texere vel filare edificare. **C** Considerandum secundo quod 13 predictae

passiones non sunt motus proprie habent tamen motus proprie dictos sibi annexos secundum philosophum in littera videlicet loci mutationem et alterationem potissime: ut patet de ira maxime et de timore: nam in ira est considerandus ascensus et inflammatio sanguinis circa cor: et consideranda est emissio sanguinis ebullientis ad partes exteriores ratione qua consideratur ibi ebullitio: seu inflammatio: est ibi alteratio ratione qua consideratur emissio sanguinis ad externas partes: attenditur loci mutatio. In timore vero consideratur aggregatio sanguinis circa cor: ratione qua attenditur ibi loci mutatio et consideratur palliditas membrorum exteriorum: ratione qua attenditur alteratio et de alijs passionibus. Considerandum ultimo quod operatio attribuitur unicuique secundum quod habet esse: eo modo ergo quo forma habet esse: sibi attribuitur propria operatio eius: sed quia nulla anima alia ab anima rationali habet esse per se. ergo nulli attribuitur aliqua operatio sine motus per se. Anima vero rationalis que est coniuncta corpori: de qua loquimur hic: habet esse per se: sed non complete et perfecte: cum non subsistat per se: substantia completa. ideo ipsi anime rationali attribuitur intelligere et velle per se et proprie: sed magis proprie homini per animam: quamuis non nulli aliter somnare videntur.

C Sequitur. (Multum autem his que dicta sunt.) **H**ic incipit lectio undecima eiusdem libri et in commento sancti thome.

Stud est sextum capitulum huius tractatus: in quo philosophus improbat opinionem dicentium animam esse numerum mouentem: septem rationibus: quarum prima est. nam omne mouens seipsum diuiditur in partem mouentem et motam per se. si ergo anima est numerus mouens seipsum: sequitur quod erit diuisibilis et partibilis: et per consequens ipsa unitas erit diuisibilis. secunda ratio est. omne quod mouetur: est in loco. et est quoddam situale: ergo si anima esset numerus seipsum mouens erit in loco et quod situale: et per consequens erit unitas habens positionem in continuo. et sic erit punctus. tertia ratio. Omnis diuisio numeri variat speciem: sed non omnis diuisio animatorum variat speciem secundum aliqua animata ut anguille et cetera animalia anulosa diuiduntur in plures partes animas eiusdem speciei: ergo anima non est numerus mouens seipsum. quarta ratio. In omni motu mouens diuiditur a mobili: quia nihil est in actu et potentia simul respectu eiusdem. sed anima non diuiditur a seipsa ergo non potest esse mouens et mota. quinta ratio est. Si anima esset numerus mouens: sequeretur quod aut infinita puncta simul esse possent in eodem: aut quod omne corpus esset animatum: utrumque est inconueniens: ergo id ex quo sequitur probatio sequere. Nam si anima esset numerus seipsum mouens: cum numerus proponatur ex unitatibus: sequeretur quod anima componeret ex unitatibus que sunt de genere continuo: quia nil mouet nisi sit de genere continuo: unitates ergo ille erunt puncta. id est habebunt positionem in continuo. vel ergo illa puncta differunt a punctis corporum vel sunt eadem: si primum ergo diuersa puncta erunt simul: cum indiuisibilia non augeant locum poterunt esse puncta infinita simul. Si secundum ergo ubicunque erunt puncta corporis: ubi erunt puncta anime: et per consequens omnia corpora erunt animata: quod erat probandum. sexta ratio: puncta non possunt separari a corporibus. sed animam potest separari a corpore. aliter nunc animam esset corruptibile: ergo anima non est punctus: et per consequens non erit numerus cum quolibet unitas punctuata sit. septima ratio. Posita diffinitione uniuscuiusque rei: per eam possunt assignari proprie proprietates. sed per predictam descriptionem (videlicet quod anima est numerus per se mouens seipsum) non possunt assignari proprietates et passiones ipsius anime: ergo dicta descriptio est insufficientis. **C** Pro declaratione precedentium considerandum est quod illud quod conuenit alicui per se aut secundum se conuenit illi secundum se totum: ut patet in quinto metaphisice capitulo per se. Si numerus moueat per seipsum per se sequitur quod numerus totus mouebit se secundum se totum et consequens

quelibet pars mouebit seipsam secundum seipsam. Cum ergo unitas sit pars numeri mouebit per se ipsam: et per consequens unitas erit diuisibilis: quia omne mouens seipsum diuiditur in partem per se mouentem. Considerandus est secundo quod motus potest accipi dupliciter: ut supra sepius adductum est. Uno modo physice ut est actus entis: extrinsecus in passiuo: et sic rationes philosophi procedunt quod anima non mouet seipsam. Alio modo accipitur motus metaphysice: ut est actus alicuius entis extrinsecus in actu: et illo modo rationes philosophi non procedunt. Si quis ergo voluerit sustinere quod anima est numerus seipsam mouens accipiat motum secundo: non autem primo. Considerandum est ultio quod numerus potest accipi dupliciter. vno modo per quantitatem discretam que causatur ex diuisione continui: et illo modo verum est quod anima est numerus: Alio modo potest accipi transcendenter secundum quod causatur ex distinctione diuersarum formarum aut entitatum: et illo modo potest accipi numerus: quia in anima est diuersitas et distinctio potentiarum inter se et distinctio essentie a potentijs et per consequens numerus. Qui ergo voluerit sustinere predictam opinionem dicat animam esse numerum secundo modo et non primo.

Sequitur in textu. (Tribus autem modis etc.) Hec est lectio duodecima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est septimum capitulum huius tractatus in quo philosophus reprobatur opinio illorum dicentium animam esse compositam ex elementis ut omnia cognosceret. Dicebant enim simile simili cognosci: quam quidem opinionem reprobatur notem rationibus inferendis quadruplicibus in sufficientiam eius. Prima ratio talis est. Nam si anima componeretur ex elementis: sequeretur quod omnia intelligibilia essent in intellectu secundum eorum esse materiale: et per consequens intelligeretur ab intellectu. Cum intelligibile secundum suum esse materiale non sit principium cognoscendi. Secunda ratio est que tangitur ibi. (Non sunt autem hec sola etc.) Si anima componeretur ex elementis ut elementa cognosceret sequeretur quod anima componeret ex omnibus mixtis: alias autem non omnia mixta intelligere possent: aut omnia mixta eandem rationem mixtionis haberent quorum vtrumque est falsum. Tertia ratio est que tangitur: (Amplius autem etc.) Si sic sequeretur quod omnia proponeret ex omnibus presentibus et per consequens componeret ex partibus quantitatis quod philosophi opinatores negauerunt: quod dicebant animam esse impartibilem: patet sequela: quod anima intelligit omnia presentia. Si ergo anima componeretur ex omnibus vel omnia intelligeret: necessario sequitur quod componeretur ex accidentibus. Quarta ratio que tangitur ibi. (Inconueniens est etc.) est talis. Si anima componeretur ex elementis ut simile simili cognosceretur sequeretur quod simile simili intelligitur: quod secundum antiquos consentire est quoddam pati. Quinta ratio que tangitur ibi. (Adultas autem dubitationes etc.) Si anima esset composita ex elementis ut omnia cognosceret et sentiret: sequeretur quod omnia composita ex elementis sentirent et intelligerent: et per consequens omnes partes animalis cognoscerent: quod est manifestissime falsum: ut patet in vngulis et alijs partibus terrestribus animalis. Sexta ratio que tangitur ibi. (Amplius autem vnumquodque principiorum etc.) sic formatur. Si sic sequeretur quod principium cum esset nimis compositum quod principium pauciora cognosceret quam principium: et per consequens magis sciret ignorantia quam principium: quod est ad sensum patet esse falsum. Septima ratio que tangitur ibi. (accidit autem etc.) Si sic sequeretur quod deus esset insipientior substantijs corporalibus eum secundum opinatores predictos ex paucioribus componat. (dicebant) .i. corporalia esse composita ex quinque: vide licet ex quattuor elementis et ex amicitia et discordia. Deum vero dicebant esse compositum ex quinque primis et non concordia. Octava ratio que tangitur ibi. (Omnino autem etc.) est talis. Si ita esset sequeretur quod omnia intelligibilia intelligerent et cognoscerent cum quasi omnia sint composita

ex elementis. Nonna ratio que tangitur ibi. (Dubitans autem etc.) est talis. Si anima esset composita ex elementis sequeretur quod aliquid in rebus naturalibus corruptibilibus esset nobilius ipsa anima cum principium componens sit nobilior principiato: consequens est falsum. igitur etc. Considerandum est autem secundum philosophum circa finem huius capituli. quod predicti opinatores deficiebant in quinque. Primo quia dicebant animam esse motuam: sed hoc non appetit omni anime vegetatiue. Secundo quod dicebant animam cognoscere et sentire: sed etiam hoc appetit omni anime: ergo insufficienter determinauerunt de anima cum de omni anima non fecerunt mentionem. Tertio quia multa alia competunt anime cognoscitiue quam sentire et intelligere de quibus nullam mentionem fecerunt. Quarto quia dicebant animam esse respirationem quandam attrahentem aerem hoc est non appetit non omni anime: hoc quia ab eis superflue ab eis dictum est quod anima componitur ex elementis ut omnia cognosceret quia frigidum potest cognosci per calidum: et humidum per siccum: cum vnum oppositorum cognoscat per reliquum.

Sequitur in textu. (Et si toto autem quidam miseri ipsam dicunt.) Hec est lectio decimatertia eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est vltimum capitulum huius tractatus in quo philosophus etiam probatur opinionem illorum qui dicebant animam esse in elementis et in toto vniuerso tribus rationibus.

Quarum prima est. Si anima sit in elementis pari ratione qua mixta animata dicuntur animalia eadem ratione ipsa elementa dicerentur animalia: consequens est falsum: ergo etc. Secunda ratio: melior videtur esse anima que est in elementis si sit in eis quam anima que est in mixtis: sed anima que est in mixtis facit ea esse animalia: ergo a fortiori si anima esset in elementis faceret ea esse animalia. Tertia ratio. Si anima esset in elementis et in toto vniuerso aut esset vna et eiusdem rationis in omnibus aut diuersarum rationum. Non secundum: quod anima est in eiusdem conditionis in omnibus ut antiqui dicebant nec primum quia corruptibilem et incorruptibilem non potest esse anima eiusdem rationis. Non est ergo anima in elementis et in toto vniuerso.

Sequitur in textu. (Quoniam autem agnoscere.)

Hic sequitur tertius tractatus primi libri. Et est lectio quartadecima et vltima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

ste est tertius tractatus huius libri qui continet vnum capitulum tantum: in quo philosophus monet duas dubitationes de ipsa anima remouendo opinionem antiquorum de partibus anime.

Præterea dubitatio est: vtrum sentire: opinari: concupiscere: mouere sunt locum et cetera operationes anime appetant ipsi anime secundum se totam vel diuersis partibus anime. Secunda dubitatio est: vtrum sit vnum principium ipsius mundi aut plura: primam vero dubitationem soluerunt antiqui dicentes quod predictæ operationes anime inueniunt ipsi anime secundum diuersas eius partes: posuerunt. n. animam esse diuisibilem et partibilem. Sed hæc opinio destruit philosophus tribus rationibus: quarum prima est. Nam mixta et diuersa non possunt esse in vno et eodem nisi sit aliquid aliud quod contineat ea: sed in anima non reperitur aliquid quod possit continere diuersas partes eiusdem substantialis: quia autem id continetur est corpus aut anima: non corpus: cum corpus magis contineatur ab anima quam contineat. Si esset anima: aut illa anima que continet est partibilis aut non. Si secundum pari ratione statum esset in primo. Si primum sequeretur quod esset procedendum in infinitum in partibus. Secunda ratio que tangitur ibi. (Dubitat autem.) talis est. Si anima esset diuisibilis in plures partes: sequeretur quod quelibet operatio eius regeret determinatam partem in corpore: et per omnes animas esset organica: quod est falsum. quod intellectus in sua operatione non determinat sibi certum organum. Tertia ratio que tangitur ibi. (Unde dicitur autem et plura.) talis est. Nam in plantis et in animalibus imperfectis decisim reperitur eadem anima secundum spiritum in omnibus partibus que in omnibus partibus eiusdem rationis est: cum ea que inueniebatur toti ante decisionem: ergo anima non est diuisibilis in partes substantialis.

Ex quo sequitur rursus ad primam dubitationem. Nam predictae operationes conveniunt toti aie totaliter substantie: secundum tres diversas partes potestativas. Considerandum est autem hic secundum doctorem sanctum quod anima esse privabile potest intelligi tripliciter. Uno modo secundum divisionem substantialem: ita videlicet quod substantia non habeat partem et partem. Alio modo secundum divisionem quantitativam. et istis duobus modis anima non est divisibilis potissime loquendo de anima que est in animalibus perfectis. Tertio modo potest intelligi quod sit privabilis secundum divisionem potestativam hoc est in plures partes potestativas. Et hoc potest intelligi dupliciter. Uno modo videlicet quod ipsa dividatur in habet partes ita quod omnes partes potestativas regant determinatum organum in subiecto: et isto modo anima non est privabilis. Alio modo quod dividatur in plures potestativas: quarum aliquae requirunt organum. aliquae vero non. et isto modo veritatem potest habere opinio antiquorum dicentium animam esse partibilem. Considerandum ulterius quod potestatis aie potest considerari dupliciter. Uno modo secundum modum operandi eorum. et isto modo sunt tria genera potestativarum: videlicet potentia vegetativa sensitiva et intellectiva. quia potentia vegetativa operatur mediante his qualitatibus activis et passivis ut patet in nutritione et augmentatione etc. Potentia vero sensitiva et si non indiget in sua operatione qualitatibus activis: indiget tamen organo corporeo quod componitur ex eisdem. Sed potentia intellectiva nullo modo eis indiget in sua operatione per se loquendo ut infra patebit. Alio modo possunt considerari secundum diversa genera operationum: et illo modo sunt quatuor genera potestativarum: videlicet potentia vegetativa sensitiva appetitiva motiva secundum locum et intellectiva de quibus omnibus infra determinabitur. Considerandum ulterius quod philosophus ibi. (videtur autem.) soluit secundam dubitationem propositam dicens quod anima vegetativa dicitur esse principium et signum vite: non tamen ita quod ipsa sit solum principium vite sicut tactus dicitur esse principium sensationis: quia remota potentia sensitiva nulla alia remanet: et omnia vivencia edicant in hoc quod habent potentiam vegetativam.

Finis scripti super primum librum de anima.

Brevis collecta super secundum de anima Aristotelis: secundum Magistrum Dominicum de Flandria ordinis predicatores.

Hec est lectio prima secundum libri de anima: et in commento sancti Thome.

Nequidem a prioribus tradita de anima etc. (Iste est secundus liber de anima qui dividitur in duos tractatus). In primo philosophus determinat de anima quantum ad entitatem eius. In secundo determinat de ea quantum ad eius potentiales partes et operationes quod incipit ibi. (Potentia rursus autem.) primus tractatus continet

quatuor capitula. In primo capitulo investigat definitionem materialem eadem aie que dicitur conclusio demonstrationis: et hoc in prima lectione doctoris sancti. In secundo autem capitulo: quod incipit ibi. (Universaleriter autem.) manifestat et declarat predictam definitionem: et hoc in secunda lectione doctoris sancti. In tertio capitulo quod incipit ibi. (Qui autem ex incertis.) investigat definitionem formalem et propriam ipsius aie que dicitur principium demonstrationis: demonstrando primam definitionem per istam: et hoc in tertia lectione doctoris sancti. In quarto capitulo quod incipit ibi. (Utrum autem verum.) ostendit qualiter principia vivendi secundum diversa genera vite se habeant ad animam et ad invicem. et hoc in quarta lectione doctoris sancti. In primo autem capitulo facit duo primo ponit. vi. divisiones ad investigandum definitionem propriam aie: quarum prima est entis: secundum quod dividitur in x. predicamenta: Secunda est substantie secundum quod dividitur in materiam et formam et totum compositum que inter se differunt: quia materia non est nisi aliquid secundum se: sed in potentia tantum. forma autem est secundum quam aliquid est ens

in actu: sed totum compositum est hoc aliud demonstratum: quod est compositum in esse et in specie. Tertia divisio est ipsius actus in actu primo et actu secundum. Quarta divisio secundum philosophum est. quodam est corporea quodam incorporea. Quinta divisio est secundum philosophum corporea: quodam est artificialis et quodam est naturalis. Sexta est secundum philosophum naturalis. quodam sunt que habent vitam: quodam sunt que non habent vitam. Secundo investigat definitionem aie ponendo quatuor conclusiones: Quarum prima est: quod anima est actus: quod probatur tali ratione philosophi. Quia anima est secundum philosophum et non est secundum philosophum composita. ergo vel est materia vel est forma sine actu: patet prima per locum a sufficienti definitione. probatio maioris. Nam omne corpus physicum est substantia: sed omne corpus habens vitam est corpus physicum: ergo nec essarium est dicere quod omne corpus sit substantia: sed omne corpus habens vitam proponit ex corpore quod habet vitam: et ex hoc patet quod habet vitam. scilicet anima: ergo anima est secundum philosophum: patet sequela: quia secundum philosophum non proponit nisi ex substantiis. probatur minor quantum ad primam partem videlicet quod non est secundum philosophum composita: quia est per se proponens secundum philosophum habentem vitam ut processum est: ergo non est ipsum compositum. Secunda pars patet quod non est corpus sine materia: quia est id per quod aliquid habens vitam vivit. sed corpus non est habet nec materia: alioquin omnibus corporibus sine materia viveret quod est falsum. Ex quo inferitur quod anima est actus corporis habentis vitam. Nam id per quod habens vitam vivit: est actus corporis habentis vitam: sed anima est habet ut dictum est: ergo anima est actus corporis habentis vitam: non quidem in actu: quia id quod habet vitam in actu est totum compositum: sed totum compositum non debet poni in definitione forme: sed anima non est actus corporis habentis vitam in actu in quantum habet sed in quantum in potentia. Secundo inferitur quod anima cum sit substantia non est actus sicut qualislibet forma: sed est actus sicut forma substantialis secundum quam aliquid fit ens simpliciter. Contra predictam conclusionem et probationem eiusdem arguitur sic. Omne id quod advenit enti in actu est accidens ut procedit doctor. scilicet in presenti: sed anima advenit enti in actu: ergo etc. probatio maioris: quia advenit corpori organico physico cum sit actus eius: similiter est actus corporis animati: sed omne corpus animatum organicum est ens in actu. ergo etc. Preterea omne movens motum est corpus: ergo anima est corpus. Preterea ad idem omne movens movet per contactum: sed omne tale est quantum: et per hunc corpus: ergo idem ut supra. Preterea id quod est de genere potentie circa materiam: est aliquid includens de actu et de potentia: ergo id quod est contra primam actum est aliquid includens de actu et de potentia: et per hunc erit compositum: sed anima est contra primam actum de genere actus extrinsecus: ergo est composita ex potentia et actu: et per hunc ex materia et forma. Preterea ad idem videlicet sunt proprietates materie: ibi est materia: sed in anima sunt proprietates materie. scilicet incipere actuare informare etc. ergo in anima est materia: et per hunc est composita ex materia et forma. Preterea id quod est actus tantum non habet rationem sui esse. ut patet octavo metaphysice: sed anima habet causam sui esse: ut patet de se: ergo anima non est actus tantum sed composita ex actu et potentia. Preterea id quod est potentia non est actus: sed anima est potentia per omnia ut patet tertio huius: ergo non est actus. Ad primum dictum quod anima non advenit corpori animate quod sit actus animati per aliquam aliam formam sed advenit corpori animato quod dicitur animatum per ipsam in adventu eius: sicut dicitur quod lumen est actus corporis lucidi. non quod corpus sit lucidum ante adventum luminis seu lucis: sed adveniente lumine corpus sit luminatum similiter corpus non est organizatum per aliquam formam aliam ab anima: unde ratio non sequitur. Sed contra hanc responsionem arguitur. Nam in isto instanti in quo introducit anima in corpore aut corpus est actu organizatum aut non. Si primum sic sequitur quod advenit enti in actu: et per consequens per se compositum. Non potest dici secundum quod determinata forma requirit determinatam materiam. aliter quilibet forma potest introduci in qualibet materia. Dicendum quod in toto tempore precedenti istud instanti introductionis: materia fuit organizata et disposita per dispositiones consequentes formam abiciendas. sed in illo instanti introductionis: materia fuit organizata et disposita per dispositiones consequentes formam introducendam

dam ad cuius introductionem corrumpuntur omnes organizationes et dispositiones in numero. non quidem per se: sed per accidens ad corruptionem. scilicet subiecti. remanent tamen eadem specie: unde materia dicitur semper disposita et organata que est susceptibilis de propinquo illius forme que requirit organizationem. Ad secundum dicendum quod duplex est mouens motum. quoddam est mouens motum per se. quoddam est mouens motum per accidens sine per alteram: verum est quod omne mouens motum: primo modo est corpus. et diuiditur in partem per se mouentem et partem per se motam. non ante mouens motum secundo modo. Ad tertium dicendum quod duplex est contactus. Quidam est contactus virtutis. aliud est contactus diuisionis seu quantitatis: verum est quod omne mouens quod mouet per contactum dimensionis sine dimensionatiui est corpus non autem quod mouet per contactum virtutis. Ad quartum dicendum quod anima non est actus primus in fine simplicitatis sed includit aliquid de potentia: non tamen oportet quod illa potentia sit materia. unde ideo non sequitur quod sit composita ex materia et forma etc. Ad quintum dicendum quod proprietates materie non conueniunt anime uniuoce sed equiuoce tantum: videlicet secundum diuersas rationes. Ad sextum dicendum quod illud quod est actus tamen non habet causam formalem sui esse: et sic intelligitur dictum philosophi: bene habet tamen causam efficientem. unde anima non habet causam formalem: sed habeat efficientem. Ad vltimum dicendum quod illud quod est potentia non est actus respectu eiusdem: sed bene respectu diuersorum: unde anima sit potentia respectu specierum intelligibilium: est tamen actus respectu corporis habentis vitam in potentia. Secunda conclusio. anima est actus primus: hanc conclusionem probat philosophus tali ratione. Nam sicut se habet scientia ad considerare: ita se habet anima per respectum ad diuersas suas operationes: sed scientia est actus primus scientis: ergo sequitur quod anima est actus primus corporis animati. Contra hanc conclusionem sic arguitur: anima est actus sicut scientia ut habetur hic in textu: scilicet scientia: (cum sit forma accidentalis) est actus secundus: quia omnis forma accidentalis presupponit formam substantialem: ergo anima non est actus primus sed secundus. Preterea anima rationalis est substantia: et tamen non uniuersalis: ergo particularis. sed omnis substantia particularis nature rationalis est indiuidua: ergo anima rationalis non est actus primus sed composita ex actu. Preterea id quod presupponit aliquam formam accidentalem in materia: non est actus primus: sed anima presupponit formam accidentalem. ergo etc. Probatio maioris. quia anima prius presupponit virtutem generatiuam in semine. sed talis virtus est forma accidentalis. ergo etc. Ad primum dicendum quod scientia potest considerari dupliciter. Uno modo per respectum ad scientem: in quantum sciens est. Alio modo per respectum ad istum quod est sciens: si capiat scientia primo modo sic scientia est actus primus et essentialis scientis: et isto modo capiat hic: si vero capiat secundo modo sic est actus secundus vel dicendum quod comparando scientiam ad animam. scientia est actus secundus: sed comparando scientiam ad considerandum scientia est actus primus. Ad secundum dicendum quod anima non est substantia completa unde non oportet quod sit uniuersalis vel particularis. Ad tertium dicendum quod illa forma que presupponit aliquam formam accidentalem in eodem subiecto. dicitur esse actus secundus: non autem illa forma que presupponit aliquam formam accidentalem in alio subiecto. virtus autem generatiua non est subiectiue in illa parte materie seminis in qua introducitur in anima: secundum quod inferius declarabitur: unde ratio non sequitur. Tertia conclusio est quod anima est actus corporis organici physici. Que probatur sic. Talis dicitur esse materia actus: qualem requirunt operationes illius actus sed operationes ipsius anime (cum sint diuersae) requirunt diuersitatem partium secundum situm et figuram in eodem

corpore. ergo oportet quod anima sit actus corporis organici. nam corpus organici dicitur illud quod habet diuersitatem partium distinctarum secundum situm et figuram. Contra hanc conclusionem sic arguitur. Id quod est separatum a corpore non est actus corporis: sed anima potissime rationalis est separata a corpore: ut patet tertio huius: ergo anima rationalis non est actus corporis. Preterea unumquodque recipitur in alio per modum recipientis: si ergo anima rationalis esset actus corporis: susciperet ad modum corporis: sed corpus est indiuiduatum et determinate materie. et per consequens non posset anima omnia intelligere nec uniuersalia. Preterea actus per se conuenit illi cuius est actus: sed id quod conuenit alicui per se est inseparabile ab illo: cum ergo anima rationalis sit separabilis a corpore: sequitur quod anima rationalis non est actus corporis. Ad primum dicendum quod anima rationalis licet sit separata a corpore secundum operationem intellectiuam non tamen est separata secundum esse loquendo de anima coniuncta. vel dicendum quod licet anima sit separata a corpore quantum ad actum secundum qui est intelligere (quia non est actus alicuius organici corporalis.) non tamen est separata quantum ad actum primum: quia est forma corporis. Ad secundum dicendum quod anima sit indiuiduata in corpore et determinate materie quantum ad esse: tamen quantum ad operationem intellectiuam: est uniuersalis cum talis operatio non indigeat corpore organico siue instrumentali. Ad tertium dicendum quod anima conuenit per se corpori: sicut esse sursum conuenit per se leui: sicut ergo quando leuia sunt extra suum proprium locum: in eis remanet aptitudo naturalis ad talem locum: ita anima rationalis quando est separata remanet in eis naturalis aptitudo ad proprium corpus. Quarta conclusio que sequitur ex precedentiibus est ista quod diffinitio anime que dicitur communis et materialis est ista: anima est actus primus organici physici. Que conclusio probatur dupliciter. Primo per rationes precedentes: quod enim sit actus patet per precedentem conclusionem primam: et quod sit actus corporis organici patet per secundam conclusionem. Secundo probatur quia conuenit omni anime soli et semper et indicat totum eius a prima potentia usque ad vltimum actum. Contra hanc conclusionem arguitur sic. Illud quod potest diffiniri: habet genus et differentiam sed anima (cum non sit species sed pars speciei.) non habet genus et differentiam. ergo non potest diffiniri. Preterea omne diffinitum est diuisibile in partes diffinientes sed anima: (cum sit forma simplex) non est diuisibilis. ergo etc. Preterea ista diffinitio non conuenit anime rationali: ergo non conuenit in contento sub diffinito assumptum patet: quia forma dicitur esse proportionata materie. anima rationalis est incorruptibilis et corpus est corruptibile: ergo etc. Preterea anima est forma simplex: corpus organicum habet magnam diuersitatem: ergo anima rationalis non est actus corporis organici. Preterea si anima esset actus corporis organici aut organizatio fieret ante introductionem eius: vel in instanti introductionis. Non secundum quia nullus motus potest fieri in instanti sine motu alterationis: si primum vel illa organizatio remanet organizatio: et per consequens anima uenit corpori non organizato. Ad primum videndum quod illud argumentum procedit de diffinitione propriissime dicta. Ad secundum videndum quod anima sit forma simplex sed essentialis potest tamen diuidi in partes rationis. Ad tertium videndum quod anima rationalis secundum essentialitatem suam: (ut supradictum est.) sit incorruptibilis: tamen requirit (propter diuersas operationes eius) corpus bene complexionatum ad quam quidem complexionabilitatem sequitur corruptibilitas necessitate materie. Ad quartum dicendum quod anima est simplex quantum ad essentialitatem: multiplex tamen est quantum ad potentiam et virtutem: et ideo propter operationes diuersas requirit corpus organicum. Ad vltimum dicendum quod ista organizatio per se sit in ipse precedenti introductionem

Tractatus

forme que corrumpit per accidens in instanti introductionis: in quo introducitur per accidens noua organizatio simul cum anima: et quando dicitur quod organizatio non potest fieri in instanti verum est per se: tamen per accidens fieri potest in instanti pre-supposita prima organizatione.

Quinta conclusio. anima vniuersi corpori organizato siue metaphysico: probatur quia propria perfectio vniuersi immediate proprio perfectibili: sed anima est propria perfectio corporis organici cum sit eius forma substantialis. ergo etc.

Contra hanc conclusionem arguitur sic. Anima vniuersi materie dispositae: ergo vniuersi materie medianibus dispositionibus.

Preterea diuersae formae sunt speciei non possunt vniuersi diuersis partibus materie nisi sint diuersae per quantitates: ergo anima vniuersi materie mediante quantitate.

Ad primum dicendum quod anima vniuersi materie prime que in toto tempore precedente introductionis fuit disposita per dispositiones consequentes formam abiiciendam ut dictum est. que corrumpit in aduentu forme: et in aduentu forme est disposita per dispositiones consequentes naturaliter formam introducendam. Sed contra hanc responsionem arguitur. aut anima in instanti introductionis vniuersi materie nude aut non. Si secundum habet intentum: videlicet quod vniuersi mediante medio. Si primum: ergo non vniuersi materie dispositae.

Dicendum quod materia potest dici nuda dupliciter. Uno modo per carentiam cuiuscumque forme: sic materia nunquam dicitur nuda. Alio modo per carentiam formarum et dispositionum precedentium formam introducendam et isto modo anima vniuersi materie nude: quia scilicet introductione ante corruptionem omnes forme et dispositiones precedentes: et simul cum ea introducuntur alie dispositiones et accidentia in numero. Sed contra arguitur. In eodem instanti corrumpuntur precedentes dispositiones et introducuntur sequentes aut in alio et alio. Si primum sequeretur quod in eodem instanti erant contrarie et diuersae forme in eodem simul. Si secundum cum inter quolibet duo instantia mediat tempus: sequitur quod erit dabile tempus in quo materia erit sine omni forma. Dicendum quod in vno et eodem instanti temporis corrumpuntur per accidens omnes precedentes dispositiones et introducuntur sequentes: nec propter hoc sequitur quod in vno et eodem simul sunt diuersae forme: quia ea que in instanti corrumpuntur: dum sunt: corrumpi non possunt: unde bene sequitur: anima corrumpitur. ergo anima non est: sed immediate ante fuit. Sic bene sequitur: anima introducitur: ergo anima est: et immediate ante non fuit. Et si queratur vtrum in vltimo instanti in quo remouetur forma abiicienda introducitur alia forma. Respondendum est negando sumptum: quia non est dabile vniuersi et vltimum instans forme corrupte: sed bene primum instans non esse eius: quod quidem instans est instans primum sub esse forme introducende.

Ad secundum patet solutio per ea que dicta sunt: verum tamen considerandum est quod anima secundum essentiam considerata pre-intelligitur vniuersi materie nude eius ante omnia accidentia: tamen si consideretur quantum ad vltimos eius gradus perfectionis: sic aliqua accidentia pre-intelliguntur precedere ipsam animam verbi gratia. anima dat corpori esse substantiale: esse corporeum et esse animatum: sed quantitas sequitur ipsam animam et quantum ad hoc quod est dare esse substantiale: sed tamen pre-intelligitur precedere ipsam animam secundum quod dat esse animatum.

Circa predicta dubitatur primo vtrum anima habeat diffiniri per suum subiectum: et arguitur primo contra suppositum: quia illa forma que habet subiectum est accidentalis. anima non est forma accidentalis: ergo anima non habet subiectum.

Preterea arguitur contra suppositum: quia si subiectum anime poneretur in diffinitione eius: aut poneretur tanquam pars essentialis eius: aut tanquam per additamentum. Non primum cum corpus non sit pars essentialis anime. Nec secundum quia hoc est proprium accidenti diffiniri per additamentum ut adducit doctor sanctus in plerisque locis.

Dicendum quod anima habet diffiniri per suum subiectum: quia illud quod non habet est

Primus

se completum in specie: sed dependens habet diffiniri per illud a quo dependet: et inde est quod accidentia habent diffiniri per subiectum: ut patet septimo metaphysice: sed nulla forma rei naturalis est quod completum in specie: completum enim. n. speciei conuenit substantie compositae: unde omnes quod quilibet forma diffinuitur per aliquid quod est extra essentiam eius: videlicet per totum subiectum: sed anima est forma naturalis: ergo etc.

Ad primam rationem dubii: dicendum quod subiectum accipitur dupliciter. Uno modo proprie: videlicet pro eo quod per se subsistens dat stabilimentum essendi alteri: et isto modo illud quod habet subiectum dicitur forma accidentalis. Alio modo: videlicet pro omni eo quod est susceptivum perfectionis siue substantialis siue accidentalis et isto modo non oportet quod illud quod habet subiectum sit forma accidentalis: sicut accipitur in proposito.

Ad secundam dicendum quod anima diffinitur per suum subiectum: non tanquam per partem essentie eius: sed tanquam per aliquid quod est extra essentiam eius: non enim dicitur diffinitio per additamentum: nisi quia aliquid dicitur diffiniri per additamentum dum aliquid diffinitur per aliud alterius generis predicamentalis. modo manifestum est quod forma et materia sunt eiusdem generis. unde cum forma diffinitur per materiam non diffinitur per additamentum nisi largo modo loquendo.

Dubitatur secundo vtrum inter formas naturales sola anima rationalis sit per se subsistens. Arguitur primo quod non contra assumptum quia illud quod est per se subsistens est hoc aliquid: sed anima rationalis non est hoc aliquid sed est id quod aliquid est: ergo non est per se subsistens.

Preterea id quod est per se subsistens habet propriam operationem sine corpore: sed anima rationalis cum non intelligat nisi in medianibus phantasmatibus: non habet operationem aliquam sine corpore: ergo etc.

Preterea arguitur contra propositum: sicut se habet intellectus ad intelligibilia: ita se habet sensus ad sensibilia: sed intellectus apprehendit intelligibilia sine corpore: ergo sensus apprehendit sensibilia sine corpore. tunc sic. Illud quod habet operationem per se: est per se subsistens: sed anima rationalis habet operationem per se sine corpore ut probatum est: ergo est per se subsistens.

Responsio: dicendum quod solum anima rationalis est per se subsistens: quod sic patet: quia solum illud dicitur per se subsistens quod habet propriam operationem sine corpore: sed solum anima rationalis est huiusmodi: ergo etc.

Ad primam dicendum quod aliquid dicitur per se subsistens dupliciter. Uno modo substantia completa tanquam aliquid completum in specie: et isto modo anima non est per se subsistens. Alio modo dicitur aliquid per se subsistens substantia incompleta: et isto modo anima rationalis est per se subsistens. unde non omnes quod significet hoc aliquid proprie accipiendo hoc aliquid.

Ad secundam dicendum quod operatio anime in intellectu (ut supra dictum est) indiget corpore obiective: non tamen instrumentaliter: ergo etc.

Ad tertiam dicendum quod simile est inter intellectum et sensum in hoc quod vniuersum quodque ipsorum est in potentia ad suum obiectum: est tamen dissimile in hoc quod sensus suscipit sensibilia cum quadam immutatione corporali. intellectus autem non nisi forte per accidens. unde ratio non sequitur.

Dubitatur tertio vtrum illud dicitur habere vitam quod habet per seipsum augmentum et decrementum et alimentum. Et videtur quod non: quia deo vita propriissime attribuitur: ut probat philosophus duodecimo metaphysice: et tamen in deo non est alimentum neque augmentum: ergo etc.

In contrarium est philosophus in littera.

Dicendum quod de eo quod est habere vitam possumus loqui dupliciter. Uno modo in generalibus et corruptibilibus sicut hic philosophus loquitur per modum exempli: et isto modo habere vitam dicitur illud quod per seipsum habet alimentum etc.

Alio modo possumus loqui vniuersaliter et absolute: sic aliquid dicitur habere vitam ex hoc quod per se est aptum natum mouere seipsum aut motu intellectuali aut motu physico: et isto modo procedebat ratio dubii.

Dubitatur quarto vtrum in vno et eo

dem composito sint plures forme substantiales secundum essentiam distincte: et arguitur quod sic. **C**irca unius et eiusdem rei sunt plura predicamenta formalia et essentialia: ergo unius et eiusdem rei sunt plures forme substantiales: patet consequentia: quia predicamenta formalia sumuntur a formis. **P**reterea anima est actus corporis: ut patet per definitionem anime: sed materia prima non dicitur actu nisi per aliquam formam: ergo sequitur quod in corpore animato est forma corporis et ipsa anima: et per consequens plures forme. **P**reterea corporeitas est forma a qua materia nunquam potest denudari (ut concedit doctor sanctus in secundo sententiarum): ergo sequitur quod in eodem est forma corporeitatis et forma specifica. **P**reterea omne mouens seipsum dividitur in partem per se mouentem et partem per se motam ut patet ex octavo physico: sed corpus animatum est mouens seipsum: ergo dividitur in partem per se mouentem, scilicet animam et partem per se motam, scilicet corpus: sed materia prima non potest esse pars per se mota: ergo corpus (quod est pars per se mota) est informatum alia forma. **P**reterea in corpore mixto reperiuntur quattuor alia: ergo in eis reperiuntur forme substantiales eorum: et sic in eodem corpore mixto reperiuntur plures forme substantiales. **P**reterea in quolibet composito naturali est forma totius et forma partis: sed forma totius et forma partis sunt forme realiter distincte secundum doctor sanctum: licet albertus aliter teneat: ergo etc. **P**reterea ab uno et eodem non procedit nisi unus: sed ab anima procedunt diuersae operationes: ergo cum forma sit principium operationis: sequitur quod in corpore animato sunt diuersae forme. **P**reterea omne generans uniuersum cum generat sibi simile in specie: sed homo est generans uniuersum hominis: ergo generat aliquid sibi simile: sed non potest generare sibi simile in specie nisi producendo formam substantialem: ergo homo generans producit formam substantialem: et sic in homine generato erunt duae forme. **P**reterea generatio hominis dicitur naturalis: ergo terminatur ad formas naturales: sed non terminatur ad animam rationalem: alias generans naturale attingeret essentiam eius: quod non solum est falsum: sed et hereticum: ergo in homine est una forma que acquiritur per generationem: et alia que acquiritur per creationem et sic idem ut supra. **P**reterea quod unum est substantia nulli est accidens: ut patet primo physico: sed sensitiuum in bruto est forma substantialis: ergo sensitiuum in homine erit forma substantialis. **P**reterea ubi remanent accidentia consequentia aliquarum formarum: ibi est ipsa forma sed in mortuo remanent accidentia consequentia formarum corporeitatis, scilicet figure et quantitatis: ergo in mortuo remanet forma corporeitatis: cum ergo in mortuo sit forma etiam sequitur quod in eodem composito sunt plures forme substantiales. **R**esponso dicendum (dimissis variis opinionibus in primo de generatione et in prima philosophia per scrutandis diuersimode) quod impossibile est (ut hic exprimit doctor factus) concludit) unius rei esse plures forme substantiales. **P**ro cuius declaratione supponitur unum: scilicet quod differentia inter formas substantialem et accidentalem est haec: scilicet quod forma accidentalis non facit ens actu simpliciter: sed ens actu tale vel tantum aut quantum ut puta magnam vel album vel aliquid huiusmodi: ut patet se primo metaphysice: sed forma substantialis facit ens actu simpliciter. Ex qua differentia sequitur alia: videlicet quod forma dicitur accidentalis que aduenit subiecto existenti in actu: sed forma substantialis non aduenit subiecto iam existenti in actu sed in potentia tantum, scilicet materie prime. Quo supposito probatur tali ratione: quia si unius rei essent plures forme substantiales consequenter se habentes secundum prius et posterius (ut uoluerunt aduersarii) sequeretur quod prima faceret ens actu simpliciter: ut patet per primam differentiam: et per consequens omnes alie forme consequentes aduenirent subiecto iam

existenti in actu: et sic accidentaliter aduenirent. ut patet per secundam differentiam sic non essent forme substantiales: sed accidentales quod est contra hypostasim. **P**reterea omnes alie forme consequentes primam non facerent ens actu simpliciter cum iam esset ens actu simpliciter per primam formam: sed facerent ens actu secundum quid: sic essent forme accidentales: ut patet per primam differentiam. unde impossibile est unius rei esse plures formas substantiales per predicta tollitur ratio Avicene in libro fontis vite: qui posuit quod secundum ordinem generum et specierum est ordo plurium formarum substantiarum in una et eadem re: ut puta quod in hoc individuo esset una per quam est substantia: et alia per quam est corpus: et tertia per quam est animatum corpus et sic de aliis. Sed secundum premissa ostendere quod una et eadem forma substantialis est per quam hoc individuus est substantia: et per quam est corpus: et per quam est animatum corpus sic de aliis: secundum tamen diuersos gradus perfectionis eiusdem forme. n. perfectior dat materie quod dat forma minus perfecta et adhuc amplius. unde anima non solum facit esse substantiam et corpus quod et facit forma lapidis: sed etiam facit esse animatum corpus: non ergo est intelligendum quod anima sit actus corporis quasi corpus sit constitutum per unam formam que faciat eum esse corpus et anima superueniens ei faciat esse unum corpus: sed quia ab anima habet quod sit corpus et quod sit corpus unum: sed hoc quod est esse corpus: est imperfectius quasi materiale respectu vite: et inde est quod recedente anima non remanet idem corpus specie: nam oculus et caro non dicuntur in mortuo nisi equivoce: ut patet per philosophum in tertio metaphysice. **R**ecedente, n. anima succedit alia forma substantialis que dat aliud esse specificum cum corruptio unius non sit sine generatione alterius: hec, n. omnia doctor sanctus in presenti lectione formaliter. et hoc patet solutio ad duo argumenta. prima in principio dubii adducta. **A**d tertium dicendum quod corporeitas potest dupliciter accipi. Uno modo ut dicitur formas corporeitatis distincta a formis specificis. Alio modo ut dicitur gradum perfectionis genericum consequentem formam genericam quantum ad eius essentiam precedentem. tunc gradum specificum perfectionis eiusdem forme. primo modo materia potest denudari a corporeitate: licet non secundo modo. **A**d quartum dicendum quod corpus animatum dividitur in partem per se mouentem que est animatum virtute motiva eius considerata: et in partem per se motam: que est corpus cum anima secundum suum esse considerata. Non est ergo intelligendum quod anima sit pars per se mouens secundum eius totum ambitum considerata: et quod corpus sit pars per se mota seclusa anima: ut innuit doctor sanctus in prima parte questione septuagesima octava. **A**d quintum dicendum quod forme elementorum sunt in mixto non quidem formaliter sed virtualiter de quo alias latius disputabitur. **A**d sextum dicendum quod unius rei esse plures formas substantiales potest intelligi dupliciter. Uno modo quod in uno sint plures forme virtualiter: et sic non est inconueniens ponere pluralitatem formarum. Alio modo formaliter et hoc dupliciter. Uno modo quod tales forme sint realiter distincte. Alio modo quod sint distincte secundum rationem. Si secundo modo sic etiam non est inconueniens. Si primo modo et hoc dupliciter: vel loquendo de forma totius tantum: vel de forma totius et partis: uoco autem formam partis que est altera pars totius compositi: formam uero totius que resultat ex unione partis cum forma. Si secundo modo: sic etiam non est inconueniens ponere pluralitatem formarum ut uoluit argumentum. Si primo modo est inconueniens de quo procedit questio dubii. **A**d septimum dicendum quod ab uno in quantum unum non procedit nisi unum loquendo in agentibus naturalibus: secus autem loquendo in agentibus secundum uoluntatem: sed ab uno quod est unum secundum essentiam: multiplex tamen secundum uirtutem (quod admodum est anima) bene procedunt diuersa. **A**d octauum

Tractatus

dicendum quod homo generat sibi simile non ex eo quod introducit formam substantialem: sed quia disponit materiam ultimam dispositione ad introductionem forme substantialis. scilicet anime rationalis que per solam creationem infunditur: neque tamen propter hoc sequitur quod homo sit imperfectius generans quam asinus qui in toto ducit formam substantialem per suam generationem: quia multo nobilior est et perfectior disponere materiam ad introductionem anime rationalis quam producere aliam quamcumque formam naturalem. et per hoc patet solutio ad nonum. Ad decimum dicendum quod anima sensitiva est forma substantialis in homine non quidem secundum essentiam distincta ab anima rationali: sed secundum rationem: tamen ut infra probabitur. Ad undecimum dicendum quod illa accidentia non remanent eadem numero in mortuo que prius fuerunt in vivo: sed secundum speciem tantum.

Sequitur in textu. (Universaliter quidem dictum est quid est anima etc.)
Hic incipit lectio secunda eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est secundum capitulum primi tractatus in quo philosophus manifestando predictam definitionem ponit unam conclusionem ex qua infert unum correlativum. Conclusio est ista quod anima est substantia et quod quid est corporis animati, potentia vitam habentis: hanc conclusionem probat philosophus duabus rationibus. Quarum prima est. Sicut est in artificialibus: ita est in naturalibus: sed in artificialibus: si dolabra esset corpus naturale sua forma esset substantia et quod quid est ipsius dolabre: ergo in naturalibus forma est substantia et quod quid est eius. Cum ergo corpus animatum sit ens naturale: et anima sit eius forma ut supra concessum est: sequitur quod anima est substantia et quod quid est corporis animati. Secunda ratio est. Sicut est in partibus animalis: ita in toto animali: sed in partibus animalis ita est quod si oculus esset animal: oporteret quod visus esset anima et substantia eius. ergo oportet quod in toto animali ita se habeat quod forma eius scilicet anima sit eius substantia. probatio maioris: quia si oculus esset animal et ab eo removeretur anima: non maneret oculus nisi equivoce. Ex his duabus rationibus potest elici una talis ratio: videlicet. Illud est substantia et quod quid est: quo remoto non remanet id nisi equivoce: sed remota anima non remanet animal nisi equivoce: ergo anima est substantia: et quod quid est corporis animati. Ex predictis infert philosophus unum correlativum: videlicet quod cum anima sit actus totius corporis et partes eius sint actus partium: et forma non separetur ab eo cuius est forma: necessario sequitur quod anima non potest separari a corpore: vel ipsa tota vel aliquae partes eius si nata est habere partes. Contra predictam conclusionem arguitur sic. Primum non habet notificari per posterius: sed forma artificialis cum sit accidentalis: et partes anime sint posteriores ipsa anima: ergo videtur quod anima non convenienter notificetur per formas artificiales et partes corporis animati. Preterea si forma dolabre removeretur: non remaneret dolabra equivoce sed univoce: ergo forma dolabre non est substantia sine quod quid est eius: patet consequentia. quia ut dictum est illud est substantia: quo remoto non remanet illud nisi equivoce. Ad primum dicendum quod prius potest notificari per posterius quo ad nos (ut dicit hic doctor sanctus: unde quia forma accidentalis cum sit propinqua sensui quam forma substantialis: convenienter notificatur per artificialem. et quia ex obiectis et partibus ipsarum potentiarum devenimus in cognitionem ipsius anime. ideo etiam ipsa anima notificatur per partes eius. Ad secundum dicendum quod dolabra potest capi dupliciter. Uno modo absolute secundum quod est artificialis res. et sic verum est quod forma eius non est substantia eius. Alio modo potest considerari conditionaliter ut puta si dolabra esset corpore

Primus

materiale: et sic isto modo forma eius esset substantia eius. Contra textum dubitatur utrum anima sit substantia corporis animati habentis vitam in potentia et arguitur quod non: Quia id quod habet principium vite: habet vitam in actu: sed corpus animatum habet principium vite scilicet animam: ergo habet vitam in actu et per consequens anima est substantia corporis animati habentis vitam in actu et non in potentia. In contrarium arguitur per philosophum in littera. Responsio dicendum quod anima est substantia corporis habentis vitam in potentia. Pro cuius declaratione notandum primo quod vita potest capi dupliciter. Uno modo pro esse viventis: sicut dicimus quod vivere viventibus est esse. Alio modo accipitur vita pro vitali operatione: sicut dicimus aliquid vivere: quia movet se ipsum. Ex quo sequitur quod aliquid potest habere vitam in potentia dupliciter. Uno modo accipiendo vitam primo modo et sic illud quod nondum habet animam: quod natum tamen est habere: dicitur habere vitam in potentia. Alio modo accipitur vita secundo modo: et sic illo modo dicitur habere vitam in potentia quod habet principium vite: scilicet animam. tamen non in actu operatur per eam. Notandum secundo quod duplex est potentia: ut etiam ex dictis concluditur: quedam enim est abiiciens animam: quedam non abiiciens animam: sed operationes eius. Notandum tertio quod duplex est potentia. Quedam est coniuncta actui: que scilicet stat sub actu. Alia est distans ab actu: quando scilicet non actu perficitur per formam: tamen de proximo apta nata est perfici. Quibus suppositis dicendum est animam esse substantiam corporis habentis vitam potest intelligi dupliciter: vel accipiendo vitam secundo modo: et sic conceditur et primo modo: et hoc dupliciter. vel loquendo de potentia coniuncta actui. vel distante. Si primo modo sic etiam conceditur. Si secundo modo sic anima non est substantia corporis habentis vitam in potentia sed in actu ut voluit argumentum dubii. Ex quo patet solutio eius.

Sequitur in textu. (Quoniam antea ex incertis etc.)

Hic incipit lectio tertia eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est tertium capitulum primi tractatus: in quo philosophus volens demonstrare predictam definitionem anime ponit tres conclusiones. Quarum prima est quod anima est corporis viventis actus et forma. Quam conclusionem probat philosophus tali ratione. Illud quod est principium vivendi: est corporis viventis actus et forma: sed anima est principium vivendi in his que vivunt: ergo anima est principium corporis viventis actus et forma. Probatio medie. nam illo modo per quod differunt animata ab inanimatis est principium vivendi cum animata differant ab inanimatis in vivendo: sed animata differant a non animatis per animam: ergo anima est principium vivendi quod fuit probandum. Contra hanc rationem arguitur sic. Quilibet forma naturalis est natura. sicut patet per philosophum secundo physicorum: sed anima non est natura ut dicit hic philosophus: cum natura non moveatur ad tria loca. anima non movetur ad tria loca ut inferius patebit: ergo anima non est forma corporis viventis. Preterea proprium perfectibile non potest esse sine propria forma: sed aliqua sunt vivencia sine anima: ut patet de corpore celesti et spiritualibus creaturis: ergo idem ut supra. Preterea potentie anime sunt principia vivendi: ut infra concedit philosophus. Et tamen non sunt corporis viventis forma: ergo maior probationis falsa. Ad primum dicendum quod formam quamlibet esse naturam potest intelligi dupliciter. uno modo sic quod sit principium motus et quietis: et sic quilibet forma naturalis est natura. Alio modo quod operetur per modum nature: et sic non quilibet forma naturalis est natura. Nam natura non

monet ad contraria loca. **C** Sed determinat ad unum. anima vero mouet ad contraria loca ut ad sensus p3: unde de aia nō dicitur natura secundo modo. **C** Ad secundum dicitur qd nullū corpus uiuit sine anima formaliter et in sensu. Corpora autem celestia non dicuntur uiuere formaliter sed forsitan effectiue: quia mouentur ab intelligentia. **C** Ad tertium dicendum qd duplex est principium uiuendi. Quoddam est primum principium de quo est hic ad propositum. Aliud est principium proximum: s3 ergo potentes anime sint principia uiuendi immediata: capiēdo uiuere pro operatione vitali. aia tñ est principium primum in cuius uirtute potentie operantur. **C** Secūda conclusio: tantū quattuor sunt modi uiuendi: unus. s. per intellectum: alius p sensum: alius per motū locale: alius per motum alimenti decrementi et augmenti. Que conclusio probatur tali rōne. Modus uiuēdi est secundū quē sumit aliquis gradus uiuentiū: sed tantū sunt quattuor gradus uiuentiū: ergo sunt tantū quattuor modi uiuēdi. probatio minoris. Nā in quibusdam uiuentibus inuenit tantum augmentum decrementū et alimentū: scilicet in plantis. In quibusdam uero cum his inuenit sensum sine motu locali: sicut in animalibus imperfectis. Ulterius uero in quibusdam inuenitur motus secundū locum sicut in animalibus perfectis que mouentur motu progressu suo. In quibusdam uero cum his inuenit intellectus. s. in hominibus. Contra hanc conclusionem arguitur sic. **C** Quinq3 sunt genera operationū anime: ut philosophus infra determinat et supra cōcessit uidelicet ueritatum sensituum motuum secundum locum appetituum et intellectuum: ergo quinq3 sunt modi uiuēdi et nō tantum quattuor. **C** Preterea ubiq3 est phantasia ibi est motus localis: sed in animalibus imperfectis est phantasia salte imperfecta cum in eis sit sensus: ergo in ipsis ē motus localis et per consequens sensus et motus localis non faciunt diuersos modos uiuēdi. **C** Ad primum dicendum negando consequentia: quia philosophus non intendit distinguere hic modos uiuēdi secundum diuersa genera operationū anime. sed secundū diuersos gradus uiuentiū. Unde cum appetituum non faciat aliquas diuersitates in gradibus uiuentiū: cum ubiq3 sit sensus: ibi sit appetitus: sequitur qd appetituum non cōstituat modum diuersum ab aliis. **C** Ad secundū dicendum qd duplex est motus localis: quidā est imperfectus uidelicet motus dilationis aut constructionis: et talis bene inuenitur in animalibus imperfectis. Alius est motus localis perfectus: et talis solum reperitur in animalibus perfectis q qui dem constituit modum uiuēdi distinctum ab aliis non autem primus. **C** Tertia conclusio ueritabilia uiuunt: que probatur tali ratione. In quibuscunq3 enim est unus predictorum quattuor modorum uiuēdi: illa dicuntur uiuere: sed omnia ueritabilia sunt huiusmodi. omnia. n. habent in seipsis potentiam quandā et principium quo suscipiunt motum augmenti et decrementi: ergo sequitur qd ueritabilia uiuunt et non solum uiuunt (ut dicit doctor. sanctus:) dum augentur et decrescunt: sed tandiu uiuunt quandiu possunt accipere nutrimentum per quod fit augmentū. Ex predicta conclusione philosophus infert primo qd animalia tam imperfecta q3 perfecta similiter et homines uiuunt: quia in omnibus animalibus est aliquis modus uiuēdi cum in eis sit sensus presertim sensus tactus sine quo in eis non est uita. Secundo modo infert qd inter predictos modos uiuēdi ille modus qui est secundū augmentū et decrementū est prius ordine nature generationis: quod sic p3: nā quando duo sic se habent qd unus est ab altero separabile et nō eōuerso: illud qd est separabile est prius: sed inter predictos modos uiuēdi ille modus qui sumitur secundū principium augmenti et alimentū potest separari ab aliis modis uiuēdi et non eōuerso: loquendo in rebus naturalibus: nam ille modus uiuēdi reperitur in plantis: scilicet in quibus alius modus nō reperitur: ergo ille modus est prius. **C** Circa

predicta dubitatur primo utrum predicta definitio anime possit demonstrari et arguo qd non: quia qd quid est non potest demonstrari de eo cuius est: ut patet secūdo posteriorū: sed definitio indicat qd quid est: ergo definitio non potest demonstrari de eo cuius est. s. de definito. **C** Preterea nullum medium demonstrationis potest demonstrari cum mediū non intret cōclusionē: sed definitio est mediū demonstrationis: ergo nulla definitio potest demonstrari. **C** Preterea nihil notius cōpetit definito q3 sua definitio: sed demonstratio pcedit ex notiorib3: nō solum secundū naturā: sed etiam quo ad nos: ergo et c. **C** Responsio dicendum qd duplex est definitio: quedā materialis: quedam formalis (ut sepius dictū est) definitio materialis potest demonstrari a priori s3 naturam et eōuerso: definitio formalis potest demonstrari per materiale tanquā a priori quo ad nos: Quoniam autē definitio aie pma que demonstrat de anima per secundas et definitio nē. s. per hanc quod est principium uiuēdi illa definitio est a posteriori: secundū naturam sed a priori quo ad nos. Manifestum est. n. qd anima non est actus et forma ex eo quod est principium uiuēdi: sed ex eo quod est forma: est principium uiuēdi. ex quo sequitur qd illa demonstratio dicitur demonstratio: qd est et non propter qd de quo clarius uidebitur in caplo sequenti. **C** Ad primum dicendum qd definitio potest accipi dupliciter. Uno modo inquantum definitio est: et sic non potest demonstrari de definito. Alio modo potest sumi materialiter loco uidelicet alicuius passionis: sic illo modo potest demonstrari de definito: et per hoc p3 solutio ad secundū. **C** Ad tertium dicendum qd aliquid notiori modo potest cōuenire definito quo ad nos q3 sua definitio et inter definitiones una potest esse notior altera. **C** Dubitatur secundo utrum anima sit tota in toto et tota in qualibet parte sui: et arguitur qd non: qd unumquodq3 recipit in aliquo secundum modum recipientis. sed modus corporis in quo anima suscipitur est talis: uidelicet qd ubi est una pars ibi nō est alia: ergo modus aie erit talis qd ubi est una pars eius nō erit altera: et sic nō est tota in toto. **C** Preterea illa forma que est in qualibet parte: b3 denominare quālibet partem: sicut quelibet pars ignis est ignis: ergo si aia sit in qualibet parte corporis: quelibet pars erit animalis: quod est falsum. **C** Preterea proprie perfectioni debet correspondere propriū perfectibile: sed propriū perfectibile qd correspondet anime est corpus organicum ut ex supradictis p3: cum ergo quelibet pars corporis non sit organica: sequitur qd anima non sit in qualibet parte. **C** Preterea nihil potest destitui a sua propria operatione: ergo si anima sit in unaquaq3 parte corporis. sequitur qd in qualibet parte corporis sint proprie eius operationes: quod est falsum. alias: quelibet pars intelligeret. **C** Preterea ubiq3 est subiectum ibi est propria passio: sed proprietates anime sunt eius potentie: ergo ubiq3 ē anima ibi sunt eius potentie: sed manifestum est qd potentie anime non sunt in qualibet parte corporis. ergo nec ipsa anima. **C** Preterea si in qualibet parte corporis esset tota: sequeretur qd una parte abscisa corrumpetur tota anima. consequens est contra experientiam: ergo et c. **C** In contrarium arguitur: quia forma indivisibilis ubi est: tota est: sed anima est in qualib3 parte corporis: cum quelibet pars corporis sit animata: ergo est tota in qualibet parte: quod autem sit tota in toto manifestū est: quia propria perfectio est in proprio perfectibili: s3 corpus est propriū perfectibile anime. ergo et c. **C** Item anima est ubi operatur: sed anima operatur in toto corpore: et in qualib3 parte eius: ergo et c. **C** Responsio: dicendum qd triplex est totalitas: uidelicet totalitas quantitativa ut linea uel corpus: totalitas essentie et totalitas uirtutis: animam ergo esse totam in toto et totam in qualib3 parte eius: potest intelligi tripliciter. Uno modo de totalitate quantitativa: et sic aia nullibi est cum non sit quantitas neq3 per se neq3 per accidens: presertim loquendo de ani-

ma que est forma animalium perfectiorum. Alio modo potest intelligi de totalitate virtutis sic anima non est totaliter in quolibet parte corporis cum non possit omnes operationes eius exercere in quolibet parte. Tertio modo potest intelligi de totalitate essentie: sic anima est tota in toto et tota in qualibet parte: hoc est quod communiter dicitur quod anima est tota in quolibet parte et non totaliter. Ad primum dicitur quod unum quodque recipit secundum modum recipientis potest intelligi dupliciter (ut inquit doctor sanctus in de spiritualibus creaturis) ubi ad unguem hanc materiam declarat: Uno modo scilicet naturam. Secundo modo secundum modum recipientis. Unumquodque non recipit secundum recipientem: secundo modo non autem primo. unde non oportet quod si una pars corporis sit ubi non est alia pars. Ad secundum dicitur quod duplex est forma: quedam est imperfecta que non requirit diversitatem partium: et talis bene denominatur quamlibet parte realiter nisi forte denominative vel concretive. Ad tertium dicitur quod duplex est perfectibile ipsius anime. quoddam est primum et tale debet esse organicum. Pars autem ipsius corporis est perfectibile ipsius anime secundarium non autem primum: unde ratio non sequitur. Ad quartum dicitur quod anima non exerceat quamlibet eius operationem in quamlibet parte non tamen destituit a sua propria operatione: quia anima operatur mediis suis potentibus. quare aliqua requirit partem determinatam corporis: unde argumentum bene concludit quod anima non est totaliter in quolibet parte eius: et per hoc patet solutio ad quintum. Ad ultimum dicitur negando sequelam quia anima non est tota in toto totalitate quantitativa. unde quando una pars abscedit anima non corrumpit quantum ad essentiam eius sed quantum ad modum essendi quem habuit in illa parte. Sequitur textus: (Utrum autem etc.) Hec est lectio quarta eiusdem libri: et in commento sancti Thomae.

Stud est ultimum capitulum primi tractatus. In quo philosophus solvendo duas questiones ponit quatuor conclusiones, ex quibus infert tria correlaria.

Prima conclusio est. pres anime utrum negativum sensum motuum et appetituum non sunt separabiles loco et subiecto. Hec conclusio probatur tali ratione: ea que reperiuntur in eadem parte corporis non sunt separabilia loco et subiecto. sed predictae partes reperiuntur in eadem parte corporis: ergo non sunt separabiles et loco et subiecto. probatio minoris: quia in parte decisa animalis imperfecti remanet vita et sensus: sed ubi est sensus ibi estphantasia non sit nisi motus factus a sensu: et ubi estphantasia ibi est principium motuum: et ubicumque est sensus ibi est desiderium: cum ibi sit delectatio et tristitia: ergo vegetativum sensitivum et c. inveniuntur in una parte corporis decisa. Ex predictis infertur quod in uno corpore animato imperfecto sit anima una tantum in actu: tamen in eo sunt plures anime in potentia que per solam decisionem reducuntur ad actum: et simile est de animalibus imperfectis. Contra predictam conclusionem sic primo arguitur. Visus et auditus sunt partes anime: et tamen sunt separate loco et subiecto: ergo pres anime sunt separabiles subiecto. Pretereaphantasia est potentia organica in determinata parte corporis situata: ergo ubicumque reperitur sensitivum reperiturphantasia. Ad primum dicitur quod duplices sunt partes anime quedam sunt partiales: et ille distinguuntur loco et subiecto sicut sunt visus et auditus. Alie sunt partes totales anime: de quibus est hic sermo: et tales non distinguuntur loco sive subiecto. Ad secundum dicitur quod duplex estphantasia: quedam est indeterminata et imperfecta et talis non habet indeterminatam partem de qua hic est sermo. Alia estphantasia determinata que reperitur in animalibus quibusdam perfectis: et talis requirit determinatam partem de qua procedebat argumentator. Secunda conclusio quod predictae pres anime sunt separabiles. id est distincte ratione. id est specie. Hec conclusio probatur tali ratione: quia potentie distinguuntur per actus: et actus per potentias: cuius ratio

quo cuiuscumque potentie sumatur secundum ordinem ad actum: sed actus anime sunt diversi secundum speciem: ut infra patebit: ergo sequitur quod partes anime videlicet potentie sunt separabiles et distincte secundum rationem speciei. Contra predictam conclusionem sic primo arguitur. Quecumque conveniunt uni tertio singuli realiter conveniunt inter se realiter: sed potentie realiter conveniunt ipsi anime cum eadem generatione cum ipsa generabitur: ergo potentie conveniunt inter se et sic non distinguuntur inter se secundum rationem specificam. Preterea arguitur contra maiorem probationis probatio. videlicet quod potentie distinguuntur per actus. Nam perfectibilia habent distincti per suas perfectiones potentiarum sunt habitus: ergo potentie distinguuntur per habitus et non per actus. Preterea secundum communem regulam philosophorum potentie distinguuntur per obiecta ut infra patebit: ergo non distinguuntur per actus. Preterea forme simplices seipsas diverse sunt (ut patet quinto metaphysice) sed potentie anime sunt forme simplices: ergo seipsas distinguuntur et per actus. Preterea eadem sunt principia essendi et distinguendi: sed actus non sunt principia essendi et distinguendi: sed actus non sunt principia essendi potentiarum: ergo non sunt principia distinguendi. Ad primum dicitur quod potentie anime distinguuntur realiter non solum specificiter sed essentialiter ab ipsa anima. Et licet eadem generatione generetur cum anima: quia tamen non modo generantur ut anima: sed concomitative: ideo non oportet quod sint eadem realiter. Ad secundum dicitur quod habitus sunt quedam perfectiones potentiarum: tamen potentia secundum rationem propriam eius non ordinem ad habitum: sed prius ad actum: ideo magis distinguuntur per actus quam per habitum: ut infra clare declarabitur. Ad tertium dicitur quod ad distinctionem obiectorum sequitur distinctio actuum: unde dicere potentias distinguuntur per obiecta est concedere eas distinguuntur per actus. Et si dicatur unius potentie sunt diversi actus non causat distinctionem potentiarum. Dicitur quod non quilibet distinctio facit distinctionem priorum. Ad quartum dicitur quod forme simplices sunt in duplici diversitate. Nam sunt quedam que speciem sortiuntur ab aliquo quod in eis est: et tales seipsas distinguuntur vel saltem per diversitas intrinsecas. Alie sunt forme que speciem sortiuntur ab aliquo extrinseco ad quod ordinem habent: et tales distinguuntur non seipsas nec per principia intrinseca sed per extrinseca. Ad quintum dicitur quod illa maior intelligentia est in his que sortiuntur speciem ab extrinseco. Tercia conclusio est vegetativum sensum motuum secundum locum appetitum et intellectum non dicuntur in eodem composito diversas animas secundum essentias distinctas: sed dicuntur diversas partes potentiales eiusdem anime: hec conclusio elicitur sic. Ex dictis probari potest unius perfectibilis est tantum una propria et substantialis per se definitio corporis animati: ergo sequitur quod in uno corpore animato non est nisi una anima: confirmatur extra litteram. Nam una anima cum sit forma substantialis dat esse similiter. Cuius ergo in uno et eodem composito essent plures anime essent ibi plura similiter: et per consequens illud compositum non esset unum similiter: sed secundum quid. Attendendum est tamen secundum philosophos quod predicta in diversis diversis nominantur animas. Nam vegetativum nominatur animam vegetativam in vegetabilibus sensum animam sensitivam in animalibus: intellectum autem intellectivam in hominibus. Contra predictam conclusionem sic primo arguitur rationibus doctoris sancti in de spiritualibus creaturis idem non potest esse ab extrinseco: sed anima vegetativa est ab extrinseco: videlicet a virtute generata in semine: et distinctio est anima rationalis est ab extrinseco. scilicet a creator: ergo anima vegetativa et anima rationalis non sunt una anima in homine secundum substantias. Preterea illud quod est substantia in aliquo non potest esse accidens in alio: sed anima sensitiva in bruto est substantia

cum sit forma substantialis eius: ergo in homine est sub-
 stantia aia sensitiva: et non potest anime: et sic idem quod
 prius. **C** Preterea aia sensitiva in homine est nobilior quam sit in
 bruto: sed in bruto nominat formam substantialem: ergo
 et c. **C** Preterea idem non potest esse secundum substā-
 tiam corruptibile et incorruptibile. sed anima rationalis
 est incorruptibilis: et aia sensitiva est corruptibilis etiam
 in homine: ergo in homine anima sensitiva et aia rationalis sunt di-
 verse aie. **C** Ad primum dicendum quod ista anima vegetativa
 et anima sensitiva in aliis ab homine sunt ab intrinseco: ta-
 men in homine si secundum substantiam earum consideren-
 tur sunt ab extrinseco quantum ad modum anima ratio-
 nalis. **C** Ad secundum dicendum quod anima sensitiva: etiam in ho-
 mine est substantia non tamen distincta ab anima rationali:
 et per hoc per solutio ad tertium. **C** Ad quartum dicendum quod aia
 sensitiva in homine dupliciter potest considerari. Uno
 modo quantum ad eius potentias et sic est corruptibilis.
 alio modo quantum ad eius essentiam: et sic est incorrup-
 tibilis: sicut et anima rationalis. Et si dicatur corrupti-
 bile et incorruptibile differunt plusquam genere: si ergo ani-
 ma sensitiva in homine sit incorruptibilis: et in bruto cor-
 ruptibilis sequitur quod brutus et homo differant plusquam genere.
C Dicendum quod illa communis auctoritas intelligenda
 est in his que per se et proprie collocantur in genere. mo-
 do anima sensitiva non collocat in genere proprie: cum sit
 forma partis: unde ratio non sequitur: sed omnia doctor sanctus
 ubi supra. **C** Quarta conclusio anima est actus corpora-
 lis organici physici. **H**ec conclusio est prima diffinitio ip-
 sius anime: qua philosophus demonstrat per secundam
 eius diffinitionem tali ratione: **D**icimus quorum utroque di-
 citur aliquid operari illud quod est principium forma
 et actus si secundum non est maius sed anima est primum
 principium quo dicimus operari tam anima quam corpus:
 ergo aia est actus corporis physici. maior probatur: quia
 anima est principium quo vivimus: **M**otumur sentimus
 movemur secundum locum et intelligimus primo hec
 est secunda diffinitio anime. **C** Contra hanc diffinitionem
 sic arguit. **I**sta diffinitio non contingit anime ergo est in-
 conveniens probatio antecedentis: quia aia vegetativa non
 est principium quo intelligimus aut quo sentimus: ergo
 et c. **C** Preterea omnis diffinitio datur per priora: quia par-
 tes diffinientes sunt principia diffiniti: sed ista non datur
 per priora cum datur per operationes que sequuntur ani-
 mam: ergo et c. **C** Ad primum dicendum quod ista diffinitio po-
 tissime proprie datur de anima rationali: sed ex consequen-
 ti et secundario datur de anima vegetativa et sensitiva: un-
 de sufficit quod ipsa tota conveniat aie rationali et secundum pre-
 aliis animalibus. **E**t licet tota diffinitio debeat competere
 omni contento sub diffinito in univocis: sed tamen reperit in ana-
 logis. **C** Ad secundum dicendum quod illa ratio procedit de dif-
 finitione quidditativa et non proprie dicta. **E**x predicta
 conclusione infert philosophus tria correlativa. quorum pri-
 mum est quod aia se habet ut ratio et species et non ut inhiectus
 et materia. **S**ecundum est quod aia non est sine corpore: quia est
 actus corporis per precedentem conclusionem. **T**ertium cor-
 relativum est quod aia est in corpore non in quocumque sed in cor-
 pore organico: ut ex dictis manifestum. **C** Circa predicta du-
 bitat utrum partes aialis imperfecti decise vivant et arguit
 quod non. quia si ille partes decise viverent in qualibet earum
 esset anima: cum anima sit principium vivendi: et per conse-
 quens ante decisionem in toto fuissent plures anime quod
 est contra predictam tertiam conclusionem. **C** Preter-
 rea si sic cum ille anime non generentur de novo: seque-
 retur quod aia esset partibus: quod est falsum cum sit forma substā-
 talis cuius esset consistit in indivisibili. **C** Dicendum ad vi-
 simum quod partes predicti animalis vivunt: quia ubicumque
 est principium motuum ibi est anima: et per quod vita: sed
 in animalibus partibus est principium motuum: ut patet ad sen-
 sum. **C** Ad primum dicendum quod iste plures aie preteri-
 tae sunt in potentia in toto ante decisionem: in potentia dico actu
 propinqua quod per unicum actum decidentis ad actum re-

ducuntur: non tamen ibi sunt plures anime in actu formaliter:
 unde ratio non sequitur. **C** Ad secundum dicendum quod in
 partibus illis non sunt diverse aie ex hoc quod una aia dividi-
 tur in plures aias: sed ex hoc quod plures aie existentes in pote-
 tia reducuntur ad actum per ipsam decisionem: sicut. n. videmus
 in elementis: nam in tota aqua est una forma substantialis aque
 actu: sed dum una pars aque ex hitis et separtis a toto ibi sunt
 plures forme substantiales in actu reducte per ipsam divisionem.
C Sequitur in textu. **P**otentiarum autem anime et c. **H**ic est tertius
 primi libri de anima: et est unica lectio
 eiusdem libri: et in commento sancti thome.

Secundus est secundus tractatus istius secundi
 libri: in quo philosophus determinando de
 partibus aie. **P**ostquam determinavit de aia: et
 quod est aia secundum eius essentiam ponit decem et octo
 capitula. **I**n primo capitulo determinat de divisione po-
 tentiarum: et hoc in principio. **I**n secundo determinat de ordi-
 ne et origine earumdem. ibi. **Q**ualiter autem unumquodque et c.
In tertio capitulo determinat de potentia vegetativa secundum quod
 est principium suarum operationum. ibi. **Q**uoniam primum de ali-
 quo. **I**n quarto capitulo determinat de operationibus aie
 vegetative et earum obiectis. ibi. **Q**uoniam autem. **I**n quin-
 to capitulo determinat de potentia sensitiva secundum suam essen-
 tiam: ostendendo quod est sensus et qualiter sensus est potentia.
 ibi. **D**eterminatis autem his. **I**n sexto capitulo determi-
 nat de potentia sensitiva per respectum ad actum ostenden-
 do qualiter reducitur ad actum. ibi. **D**ividendum autem.
In septimo capitulo de sensibilibus in communi ponendo differē-
 tiam inter sensibilia per se et per accidens. ibi. **D**ivisi autem
 secundum unumquodque. **I**n octavo capitulo de sensibilibus
 visus: videlicet de colore ostendendo quod est color quod lumen
 et quod dyaphanum. ibi. **L**uius quidem visus. **I**n nono
 determinat de colore per respectum ad dyaphanum. ibi.
Est autem susceptivum coloris. **I**n decimo de visibili au-
 ditus: videlicet de sono absolute. ibi. **I**ta tunc autem primum
 de sono. **I**n undecimo de sono secundum quod auditus imutatur
 ab eo. ibi. **V**acuum autem. **I**n duodecimo determinat
 de voce que est species soni. ibi. **V**ox autem sonus quod dicitur.
In decimotertio de sensibili olfactus absolute: videlicet de
 odorabili. ibi. **D**e odore autem. **I**n decimoquarto de
 odorabili secundum quod ab eo imutatur olfactus. ibi. **E**st autem ol-
 factus. **I**n decimoquinto de sensibili gustus: videlicet
 de gustabili. ibi. **G**ustabile autem. **I**n decimosexto de
 terminat de sensibili tactus: videlicet de tangibilibus. ibi.
De tangibili autem et tactu. **I**n decimosextimo deter-
 minat de differentia tactus et gustus. ibi. **D**ubitabile autem
 utriusque. **I**n decimo octavo determinat de sensu secundum se ab-
 solute. ibi. **O**mnis autem visus. **I**n quo secundum sententiam docto-
 ris sancti terminat iste liber secundus. **I**n primo igitur
 capitulo huius secundi tractatus ponit philosophus tres
 conclusiones. Quarum prima est. **T**antum sunt quin-
 que genera potentiarum anime. videlicet vegetativam
 appetitivam sensitivam et secundum locum motivam et
 intellectivam: hec conclusio probatur elicitive tali ratione
 philosophi: quam deducit hic doctor sanctus. **I**taque po-
 tentie cum secundum proprias rationem ordinentur ad
 actum: distinguuntur secundum divisiones actuum et ope-
 rationum: sed quilibet operatio anime cum sit principi-
 um essendi: attribuitur ei secundum aliquod esse. **V**el
 ergo talis operatio attribuitur ei secundum esse penitus
 materiale: sic sumitur potentia vegetativa: vel attribuitur
 ei secundum esse immateriale: et hoc dupliciter: vel at-
 tribuitur ei secundum quod ipsa suscipit aliquod obiectum
 secundum esse penitus immateriale: sic sumitur poten-
 tia intellectiva: vel secundum esse medium inter materia-
 le et immateriale: sic sumitur potentia sensitiva. **S**i secun-
 dum et hoc dupliciter. vel potentia tendit in tale obiectum
 secundum quod est principium in intentione: sic sumitur po-
 tentia appetitiva. vel tendit in ipsum secundum esse quod
 habet in executione: sic sumitur potentia motiva secundum
 locum. **A**liiter potest probari et clarius. **N**am potentie

Tractatus

distinguuntur p actus: actus vō per obiecta. sed potētia quanto ē vltior tanto respicit obiectum: sicut ratiōes vltiorē: ergo potētie aie: (cum sint vniuersales. (distinguuntur sicut ratiōes obiectōrum magis et minus vltiorē: sed tales ratiōes se habent in multiplici differentia. ergo quinqz sunt genera potentiarum. Ultima subsumptio sic deducitur. Nam omnis potentia aut respicit obiectum: quod est tantum anime vnitum: vel respicit obiectum. qd n̄ solum aie est vnitū. Si primū: sic ē potentia vegetatiua. Si secundū: et hoc dupliciter: vel respicit idē obiectū sicut qd aptū natus est suscipi in ea: sicut eius similitudines: aut sicut qd tendit in ipsam obiectū. Si primū h̄ est dupliciter vel respicit idē obiectū sicut qd ē susceptibile sine conditionibus materialibus: sic est potentia intellectiua: vel sicut qd ē susceptibile cū conditionibus materialibus. sic sumitur potentia sensitua. Si scōz. et h̄ dupl̄r vel tendit in idē obiectū in quantum h̄t esse in intentione: sic sumitur potentia appetitiua: vel sicut esse qd h̄t in executione: sic sumitur potētia motina sicut locum. **C**ōtra predictā conclusionē arguitur sic. Sunt t̄m tres ptes aie. scilicet aia sensitua: vegetatiua: et intellectiua. ergo t̄m tres sūt potētie cū potētie dicantur ptes aie. **P**reterea sūt quatuor modi viuēdi vt ex supradictis p̄z. ergo cū modi viuēdi sumantur sicut operationes aie: sequitur qd erunt t̄m quatuor potentie. **P**reterea aia intellectiua inter ceteras formas naturales magis assimilatur deo: sed in deo ē vna potentia que ē sua essentia: ergo in anima non erunt plures potentie. **P**reterea quāto virtus est altior tanto ē magis vnita: sed aia rōnalis ē altior q̄ aia vegetatiua: ergo (cū in anima vegetatiua si sint quinqz genera potentiarum.) sequitur qd neqz in aia intellectiua erunt quinqz genera potentiarum. **P**reterea preter predictas potentias in aia reperit̄ potentia obedientialis vt p̄z p̄ doc. s. i. potētia. 4. i. q̄ sequit̄ qd sūt plura ḡna potentiarum q̄ quinqz. **P**reterea voluntas ē qd dā potētia aie. et t̄m nō enumerat̄ hic: q̄ 7c. **P**reterea illud qd ē cōe oī enti nō ē potētia aie: sicut appetitiuū ē cōe oī enti: qz omne ens appetit suā p̄fectionē: ergo appetitiuū n̄ ē vna potentia: et sic n̄ sūt quinqz. **A**d h̄mū vō qd duales ptes aie sūt: qdā sūt ptes aie subiectiue: sic t̄m tres sūt ptes aie vt voluit arg. Alie sūt ptes potentiales de quibus ē ad p̄positū: et sic sūt quinqz. Et si querat̄: q̄re ē qd sūt quinqz t̄m genera potētiarum aie: et qd sūt t̄m tres aie: dicēdū sicut doc. s. i. lectionē. qd diuersitas aiarum sumit̄ sicut diuersitatem eē corporis aiatū. sicut t̄m ē triplex eē qd inuenit̄ in viuētibus. nā qdā ē eē materiale: et sic sumitur aia vegetatiua: aliud ē eē penit̄ imateriale: sic sumit̄ aia intellectiua. aliud ē medio modo se h̄ns: sic sumit̄ aia sensitua: vñ. t̄m sunt tres ptes aie: potētie vero distinguunt̄ sicut diuisionem actuum et obiectōrum. vñ nō ē h̄le. **A**d scōm dicēdū negando p̄sequentiā: qz modi viuēdi sumuntur sicut diuersos gradus viuēdi et nō sicut operationes vite sicut quas sumuntur genera potentiarum. vt hic dicit doctor. s. formaliter. **A**d tertiuū dicēdū qd aia intellectiua magis assimilatur deo q̄ alie forme naturales: qz pōt̄ p̄tingere ad nobiliorē finem: et altiorē. scilicet ad beatitudinē q̄ alie forme naturales: sicut nō possit ad eā p̄tingere: nisi varijs et diuersis operationibus procedētibz aduersis potentijs. **A**d quartum dicēdū qd ceteris paribus videlicet quando potentie ad equalia se extēdūt tūc quanto virtus ē altior tanto magis est vnita: secus autē ē si ad inequalia se extēdant. Cum igitur anima intellectiua ad plura se extendat obiectiue et ad altiora quāz anima vegetatiua: ideo ratio non sequitur. **A**d quintum dicēdū pro nunc qd potentia obedientialis non distinguitur genere aut specie a predictis potentijs. cū illa potentia que dicitur naturalis possit dici obedientialis diuersis t̄m rationibus. vnde potentia intellectiua secunduz qd operatur ad suum obiectum naturale: dicitur naturalis potētia: secunduz vō qd considerat̄ in quantum pōt̄ cognitionem suscipere supernaturaliter usata: dicitur potentia obedientialis. **A**d sex

Secundus

tum dicēdū qd voluntas comprehenditur sub potētia appetitiua cū voluntas sit appetitus intellectiuis. **C**ad vltimus dicēdū qd duplex est appetitus: quidam est appetitus naturalis et talis non constituit potētiam aie: de qua procedebat argumentus. Alius est appetitus animalis qui sequitur formam apprehensam a re exteriori: et talis dicitur potētia anime: vnde argumentus laborabat in equiuoco. **S**ecunda conclusio est qd appetitum sicut omnibus animalibus: hanc conclusionē p̄bat p̄bylosophus duabus rationibus. quarum prima est. Nam omnia animalia habēt vñ sensum ad minus. scilicet tactum: sed cuiuscunqz inest sensus: inest delectatio et tristitia: et cuiuscunqz inest delectatio et tristitia ei inest concupiscentia que est appetitus delectabilis: ergo de primo ad vltimum sequitur qd omnibus animalibus quibus inest sensus tactus inest appetitus. **S**ecunda ratio ē. omnia animalia habēt sensum alimentis qd dicitur sensus tactus: sed quibuscunqz inest sensus alimentis: bis inest esuries et sitis: sed vbicunqz est esuries et sitis ibi est delectatio: et cuiuscunqz inest delectatio ei inest appetitus: ergo in omnibus animalibus ē appetitus. **C**irca hanc conclusionem considerandum est secundum p̄bylosophum qd predicta genera potentiarum se inuicem quodam modo consequuntur: nam in quibusdam est vegetatiuum tantum: vt in plantis: in quibusdam vero cum vegetatiuo est sensitiuus et appetitiuus: sicut in omnibus animalibus. In quibusdam vero cum illis tribus ē motuum sicut locum: videlicet in animalibus perfectis: quibusdam vero cum omnibus predictis inest intellectiuis vt in hominibus. **T**ertia conclusio. illa anima que est vltima ordine generationis: includit virtute alias animas priores: hanc conclusionem probat p̄bylosophus tali ratione. Sicut est in figuris ita est in formis et per consequens in animalibus: sed posterior figura: videlicet tetragonum includit in se virtute priorem figuram scilicet trigonum: ergo vltima forma substantialis includit in se virtualiter formas priores. licet non formaliter. **E**x predictis insert p̄bylosophus vnum correlatiuum contra platonem: videlicet qd non est ponenda vna diffinitio anime separata que non conueniat animabus particulatibus: quia sicut eum non debet poni vna ratio communis figurarum ab eis: cum ergo anime se habeāt sicut figure et sicut numeri: non debet poni vna diffinitio anime que separetur ab animabus. **C**irca predicta dubitatur vtrum potētie anime distinguantur per obiecta et videtur qd non: Quia prius non debet distingui per posterius: sed potius econuerso sed potētia est prior obiecto cum sit propinquior essentie anime: ergo potētie non debent distingui p̄ obiecta. **P**reterea differentia specifica sumitur p̄ id quod ē intrinsecum rei cum sit essentialis: vt p̄z per p̄bz. sed obiectū est quoddam extrinsecū potētie: ergo 7c. **P**reterea contraria maxime a se inuicem distant: vt patet quinto metaphysice: ergo si potētie distinguerentur per distinctionem obiectōrum: sequeretur qd contraria non pertinerent ad eandem potētiam: cōsequens est contra p̄bylosophum nono metaphysice: ergo 7c. **P**reterea homo: asinus: lapis: et similia inter se differunt: et tamen pertinent ad eandem potētiam: scilicet intellectiua: ergo vt supra. **P**reterea corruptibile et in corruptibile: plus q̄ genere differunt: et tamen n̄ causant distinctiones potētiarum: ergo 7c. **P**reterea opinatiuum et scientificum sunt distincte potētie: vt expresse deducit doctor sanctus in questionibus de anima: et t̄m n̄ h̄nt obiecta distincta scōz sp̄z: cū se habeāt sicut p̄fectū et imperfectū. q̄ 7c. **P**reterea si distinctionis potētiarum attēderent scōz diuisionē obiectōrum: sequeretur qd obiectis nō erit sicut potētie n̄ distinguerent̄ inter se. p̄sequens ē falsū: qz dato qd nullus sonus eēt et nullus color: adhuc potētia auditiva et visiva distinguerentur inter se: ergo 7c. **P**reterea potētia visiva in homine et potētia visiva in asino differunt specie cū ad distinctionē subiectōrum sequat̄ distin

Tractatus

etio accidētū. 2 tñ n̄ habent diuersa obiecta: vtraq; enī respicit colorē obiectiue. ergo 7c. **C** Preterea accidētia distinguuntur per eorū subiecta sed potentie p̄ accidentia. ergo potentie distinguuntur p̄ subiecta 7 nō per obiecta. **C** Preterea intellectus 7 voluntas sunt potentie essentialiter distincte: 7 tamen nō habēt obiecta essentialiter distincta: q; verū qđ ē obiectū intellectus: 7 bonus qđ est obiectū voluntatis: nō differunt essentialiter sed ratione tantū. ergo 7c. **C** Responsio dicendū ad dubiū q; potentias distinguī per eorū obiecta pōt intelligi dupliciter: Uno mō loquēdo d̄ distinctione numerali potentiarū vel specifica. Si primo mō: sic potentie distinguuntur per eorū subiecta 7 nō obiecta. Si secundo mō hoc ē dupliciter vel loquēdo de distinctione specifica obiectorum vel de distinctione generica. Si primo modo: sic etiā potentie nō distinguuntur per obiecta. Si secundo modo hoc est dupliciter: vel loquēdo de distinctione generica secundum genus nature: vel loquēdo de distinctione secundum rationes genericam cognoscibilitatis. Si primo modo sic etiā potentie nō distinguuntur per obiecta. Si scđo modo sic potentie possūt distinguī per obiecta: qđ sic patet potentia secundū rationes eius ordinatur ad actum sed actus potentiarū distinguuntur per obiecta. ergo 7 ipse potētie probatio maioris. omne obiectū comparatur ad actū sicut principū si sit actus potentie passive: vel etiā sicut finis si sit actus potentie active. ergo distinctio actus potentiarū sumitur ab obiectis. **C** Pro ampliori declaratione huius considerandū ē q; diuersitas actū pōt attendi quōq; modis secundū doctores sanctū in questionibus de veritate questione decima quinta. ar. 2. ad. 12. Uno modo secundū fortitudinē 7 de bilitate: sicut credere 7 opinari. Secundo modo secundū velocitates 7 tarditates: vt currere 7 moueri. Tertio modo secundū habitum 7 priuationes: vt quiescere 7 moueri. Quarto modo secundū comparationes ad contraria eiusdem generis: vt videre albu 7 videre nigrū. Quinto modo secundū repugnantias diuersorū generum: sicut videre colorem 7 audire sonū sic de similibus. Ito autē quinto modo solum diuersitas actū causat diuersitates potentiarū tunc ad solutiones. **C** Ad primū dicendū q; licet potentie secundū esse precedant obiecta: tamen obiecta inquantū habent intentionem 7 rationes mouendi precedunt potentias: 7 isto modo ab eis sumitur distinctio potentiarum. **C** Ad secundū dicendū q; licet distinctio specifica formarū que nō habent dependentias ad aliud sumatur ab intrinseco: tamen distinctio illarū formarū que i sua distinctione dicuntur ordinē ad aliquid sumitur ab aliquo extrinseco: nō tamen inquantū extrinseco: sed inquantū pōt cōformari ipsis. **C** Ad tertium quartum 7 quintum patet solutio ex dictis. **C** Ad sextum dicendū q; ratiocinatum 7 opinatum sunt due potentie que continentur sub potentia intellectiva: veruntamen contingens quod ē obiectū opinatiui potest considerari dupliciter. Uno modo inquantum contingens: sic nō p̄tinet ad ratiocinatum sicut scientificum cum vt sic de eo non possit haberi certa cognitio s; p̄tinet ad opinatiuū. Alio modo potest considerari contingens inquantum habet rationē entis intelligibilis s; imperfectā: 7 isto modo p̄tinet ad scientificum: sicut ratiocinatiuū: vnde in prima parte doc. san. vbi videtur inuere q; opinatiuū 7 scientificum distinguuntur p̄pter hoc q; contingens 7 necessariū se habeant vt perfectū 7 imperfectū: accipit contingens scđo modo: s; i de veritate vbi supra: accipit primo modo cōtingēs vbi videtur velle expresse q; opinatiuū 7 scientificū sunt diuersę potentie: q; vt ibidē dicit habēt diuersa obiecta s; rationē cognoscibilis distinctā: de quo clarius videbitur quinto meta. c. potestas. **C** Ad septimum q; potentie non distinguuntur per actualem existētiā obiectoꝝ: sed per habitudines habitualē quas habent ad ipsa: vt s; color 7 sonus non essent in rerum natura: tñ vi-

Secundus

sus haberet alias habitudines ad colorem s; auditus ad sonum. **C** Ad octauum dicendū negādo maiores: immo potentia visiva in oibus animalibus est eiusdem speciei. Et s; distinctio naturalis actus sumatur a distinctione subiectorum: n̄ tñ distinctio specifica: sicut albedo que est in pariete 7 que est in homine: sunt eiusdem speciei: s; homo 7 paries differāt specie: 7 per hoc patet solutio ad nonū. **C** Ad decimum dicendū q; distinctio formalis obiectorum s; m̄ rationes sufficit ad distinctionē potentiarū immaterialiū que se naturaliter extendunt ad omnia entia. vñ cū intellectus 7 voluntas extendāt se ad oia entia: sufficit q; eorū obiecta distinguantur s; m̄ rationē cognoscibilitatis. **C** Sequitur textus. (Quare autem vnum quodq; q̄rē dū est 7c.) Hic incipit lectio sexta eiusdem libri: 7 in commento sancti. **L** home.

Studē secundū capitulum secundi tractatus i quo p̄bs determinando potētiarū ordines ponit tres cōclusiones: quarum prima est. **C** Potentie anime habent ordinē inter se. Hec p̄bat 7 tali ratione vbiq; si conuertitur p̄tia subsistendi: ibi ē ordo prioris 7 posterioris: sed in potentijs n̄ conuertit p̄tia subsistendi: ergo inter eas est ordo. p̄batio maioris: q; vbiq; inuenitur intellectuum inueniunt alie potentie nō tamē econtra. Similiter vbi inuenitur sensitiuū ibi inuenitur vegetatiuū 7 n̄ econuerso. Similiter vbi inuenit motiū s; locū inuenit appetitiuū sensitiuū 7 vegetatiuū: nō tamen econtra. ergo i predictis potentijs n̄ p̄uertit cōsequentia subsistendi. **C** Contra hanc cōclusionē sic arguitur. Quęcūq; si mul cadunt sub eadez diuisione: n̄ hnt ordines prioris 7 posterioris cū species quecūq; contineantur sub suo genere: sed potentie cū diuidantur inter se. ergo inter eas n̄ est ordo. **C** Preterea si inter eas esset ordo: sequerēt q; operatio vnius haberet dependentiā ad operationes alterius: cōsequens ē falsū. ergo 7c. **C** Preterea in precedentibus probatū est q; vbiq; est sensitiuū ibi 7 appetitiuū 7 motiū s; locū: 7 hic dicit oppositū. ergo 7c. **C** Pro solutione istoz argumentoz aduertendū ē q; i ter potentias pōt assignari ordo dupliciter. Uno mō s; depēdētia vni potētie ab alia. Alio mō s; ordinē obiectoꝝ primo modo attenditur duplex ordo: videlicet ordo generationis 7 ordo p̄fectionis. Ordine at generationis vegetatiua ē p̄tia. scđa sensitua: tertia appetitiua: q̄rta motiua s; locū: vltima intellectiua. Ordine vero p̄fectionis ē ordo reuersus. Ordo vō potētiaz s; ordinē obiectoꝝ sumit s; m̄ viorē 7 p̄ores rationē obiecti: sicut visus q; respicit obiectū qđ reperitur tā i corporib; superioribus s; inferioribus: precedit auditū q; respicit obiectū: qđ solū reperitur i istis inferioribus: sic de similibus. **S**olutioes. **C** Ad primū dicendū q; s; species p̄siderate s; m̄ p̄fectionē generis: equaliter p̄tineant sub genere: tñ si p̄siderēt s; eē eaz: sic vna est prior alia: vt p; i numeris 7 figuris. **C** Ad scđo negat sequela nisi fiat locutio de ordine potētiaz q; sumitur s; ordinē obiectoꝝ h̄ oia doc. san. i p̄tia pte. q. 77. ar. 4. **C** Ad tertium dicendū q; superius p̄bs loq; bat de motu imperfecto s; locū: hic vō loquitur de principio motiui p̄gressiui motus. **C** Secūda cōclusio: prius determinandū ē de potentijs quantū ad eaz quidditatē s; de alijs q; p̄sequuntur ipsas potētias: bec cōclusio p̄batur p̄ doc. san. in lectione: quia omnis p̄fusio in doctrinalib; scientijs est vitanda: s; si simul de potentijs determinaretur quātū ad eaz quidditatē 7 de his q; p̄sequuntur esset cōfusa doctrina. ergo 7c. **C** Tertia cōclusio prius determinandū ē de obiectis 7 actibus potētiaz: s; de ipsis potentijs. Hec cōclusio probatur tali ratione q; de prioribus prior ē speculatio: sed obiecta precedunt actus: accipit vō potentias quantū ad intentionem 7 rationē mouendi. ergo 7c. Et si dicatur p̄bs prius determinauit de potentijs s; de obiectis. **C** Dicendū q; s; p̄bs determinauerit in generali prius de potētis. (videlicet diuisione) in q̄

de eis determinat in speciali: prius determinat de obiectis: ut infra patebit. Circa predicta dubitatur primo: utrum potentia anime realiter distinguatur ab eius essentia et arguitur quod non: quia potentia materie non distinguitur ab eius essentia. ergo assimili potentia anime non distinguitur ab eius essentia. Preterea aug. in decimo de trinitate ait quod mens intellectiva et voluntas sunt sub una essentia anime. ergo et c. Respondetur. Dicendum ad dubium quod necesse est dicere animam et eius potentiam distinguere realiter. quod sic patet. Nam potentia et actus cum denudant quodlibet genus entis: sunt eiusdem generis. sed actus anime sunt de genere actus: ergo et eius potentie. Cum ergo eentia anime sit de genere substantie: relinquitur quod essentia anime et eius potentie distinguantur realiter. alioquin oporteret dicere quod substantia et accidens essent idem realiter. tunc ad rationes. Ad primum dandum negando sequentiam: et ratio est quod potentia materie est ad actum primum: potentia vero forme est ad actum secundum: vnde non est simile. Ad secundum rationem dubii dicendum quod quia dicitur quod mens intellectiva et voluntas sunt una essentia: ibi non est predicatio essentialis sed magis materialis et est sensus quod sunt una eentia. i. sunt in una eentia subiective. Dubitatur secundo utrum omnes potentie anime sint subiective in anima. Et videtur quod sic: quod omnes operationes anime attribuuntur toti composito ratione anime: ergo videtur quod potentie anime omnes que sunt principia istarum operationum sint subiective in anima. Dicendum breviter quod non omnes potentie anime: sed solum potentie intellective sunt subiective in anima: quod non omnes operationes potentiarum anime sunt in anima sicut in subiecto: licet omnes attribuuntur anime tanquam principio. Et inde est quod omnes potentie sunt in anima tanquam in principio: sed non sicut in subiecto: et per hoc patet solutio ad dubium. Dubitatur tertio utrum potentie anime fiant ab eius eentia. Et videtur quod non. Illud autem quod aliquid fuit est causa: sed anima non est causa potentiarum: ut patet de scurrulo per omnia genera causarum: ergo et c. Preterea id quod fuit ab alio: sequitur illud: sed potentie anime simul sunt cum ipsa anima: ergo et c. Dicendum ad dubium quod omnes potentie anime fiant ab eius essentia. Quod sic patet quod subiectum est causa proprie passionis: sed anima est subiectum cuius proprie passionis sunt ipse potentie: ergo et c. Ad primum rationem dubii dicendum quod anima rationalis est causa materialis in qua potentiarum et est causa efficiens earum: non quidem quod agat per transmutationem realem: sed per concomitantiam naturalem. hec omnia doctor sanctus in prima parte. q. 77. qua si per totum: et per hoc patet solutio ad dubium. Sequitur in textu. (Quare primum de alimento et c.) Hec est lectio septima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Tertium capitulum huius secundi tractatus comprehendit duas lectiones commentarii. scilicet septimam et octavam huius libri: cuius octave textus est ibi. (Empedocles ait et c.)

stud est tertium capitulum: in quo philosophus de terminando de operationibus anime vegetative: secundum quod anima est principium earum ponit quinque conclusiones: quarum prima est.

Prius determinandum est de potentia vegetativa cum suis operationibus et obiectis que de aliis partibus anime: hec conclusio probatur tali ratione. De communioribus potest esse speculatio: ut patet primo philosophi. scilicet potentia vegetativa est communior in omnibus viventibus. Ipsa enim separatur ab aliis partibus sed alie non separantur ab ea: ut supra dictum est. ergo prius determinandum est de anima vegetativa: cuius operationes sunt augmentatio et nutritio. Contra hanc conclusionem breviter arguitur. De prioribus prior est speculatio: sed potentia intellectiva prior est ipsa vegetativa cum sit perfectior: ergo prius videtur esse determinandum de potentia intellectiva. Preterea illud sine quo alia non possunt esse non est separabile ab eis: sed sine potentia vegetativa alie potentie esse non possunt: cum in eis includantur sicut triangulus in tetragono. ergo et c. Ad primum dicendum quod duplex est ordo. scilicet ordo generationis et ordo nature: qui est

duplex: videlicet ordo nature generationis et ordo nature perfectionis: perfectiora autem sunt priora ordine nature perfectionis: non autem ordine nature generationis seu cognitionis. Ad secundum dicendum quod aliquid potest dici separabile ab alio dupliciter. Uno modo quod alterum possit esse eo non existente: sicut accidens est separabile a subiecto. et isto modo potentia vegetativa non est separabilis ab aliis. Alio modo: quia invenitur in aliis omnibus in quibus alie inveniuntur et in aliis aliis: sicut genus dicitur separabile a qualibet specie eius seorsum sumpta: et isto modo potentia vegetativa est separabilis ab aliis. Secunda conclusio generatio et operatio potentie vegetative pertinet ad potentiam vegetativam. Hec conclusio probatur tali ratione. Omnis operatio que naturaliter invenitur in omnibus viventibus pertinet ad potentiam vegetativam: sed generare invenitur in omnibus viventibus et inest eis naturaliter: ergo generare pertinet ad potentiam vegetativam. probatio maioris. quia potentia vegetativa est secundum quam primo vivere inest omnibus. Ex predicta conclusione infert philosophus unum correlativum. videlicet quod naturalissimum opus in viventibus est generare sibi simile. Cuius ratio est duplex. primo quia in hoc convenit cum aliis rebus animatis que et generationem habent: licet alio modo ut infra patebit: tunc secundo quod naturalissimum est viventibus assimilari primo esse sibi posse: sed primum esse videlicet divinum est immobile et perpetuum: ergo naturale est viventibus appetere assimilari esse perpetuo: sed non possunt perpetuari nisi generando ei simile sibi specie: vnde naturalissimum est viventibus facere alterum tale quale ipsi sunt videlicet generare sibi simile sibi specie. Considerandum est secundum doctores sancti quod esse divinum est cuius causa naturalia agunt: quod potest intelligi dupliciter. Uno modo quod sit illud cuius causa naturalis res directe agit: sicut dicimus quod sanitas est cuius causa medicus agit. Alio modo quod sit illud quo aliquid agit: ut sit illud sine quo res agere non potest: sicut dicimus quod sine calefacere medicus sanare non potest: primo igitur et secundo modis intelligitur quod esse divinum est: cuius causa agens naturale agit. Contra predictam conclusionem sic arguitur: Illa operatio que est operatio nature non est operatio anime: sed generatio est operatio anime ut infra patebit: ergo generatio non est operatio nature. et per consequens generare non convenit naturaliter viventibus. Preterea illa operatio que reperitur in animatis: non pertinet ad potentiam vegetativam: sed generatio reperitur in inanimatis: ergo non pertinet ad potentiam vegetativam. Preterea generare non convenit pueris nec etiam animalibus imperfectis: ergo sequitur quod generare non convenit naturaliter viventibus: quia illud quod convenit naturaliter alicui: semper ei convenit. Ad primum dicendum quod natura potest accipi dupliciter. Uno modo secundum quod distinguitur contra hoc quod esse est contra naturam: et isto modo generatio est operatio naturalis. Alio modo ut distinguitur per principium naturale determinatum quod est anima: et isto modo generatio non est anima. Ad secundum dandum quod generatio alio modo reperitur in inanimatis et in animatis. nam inanimata habent generationem ab extrinseco generante: sed viventia habent generationem a principio intrinseco: inquantum generantur ex semine: vnde ratio non sequitur. Ad tertium dicendum quod a predicta generatione viventium excipiuntur tria secundum philosophum. quibus generare non convenit. primo illa que sunt imperfecta ut pueri qui non generant. Quod. n. potest alterum facere tale quale ipse est: hoc in unoquoque genere perfectum est. secundo excipiuntur illa que patiuntur aliquibus defectibus alicuius principii naturalis sicut sunt spadones et frigidum. tertio excipiuntur aialia et plante que generantur sine semine ex putrefactione. In his enim propter sui imperfectiones: sufficit agens universale. scilicet virtus corporis celestis et natura disposita ut hic deducit doctor. s. licet ergo generare sibi simile competat naturaliter omnibus viventibus exceptis tribus predictis: non tamen propter hoc sequitur quod conveniat omnibus simpliciter vel absolute. Tertia conclusio. anima est causa viventis corporis ut

forma: hec conclusio pbatur duplici ratione phi. Quarū prima est. Nam illud est causa alicuius vt forma: quod est causa essendi. quia p formam vnumquodq est actu. sed anima est viuētibus cā essendi: ergo anima est causa viuētibus vt forma. probatio maioris: quia p aīam viuētibus viuūt: sed viuere viuētibus est esse: ergo per aīam habet esse. Secūda ratio talis est. Illud quod ē actus alicuius: est ratio et forma eius quod est in potentia: s; aīa est actus corporis viuētis: vt ex supradictis p; ergo aīa est causa viuētibus vt forma: que cōclusio satis superius declarata est. **Quarta cōclusio.** Anima est causa corporis viuētis vt finis. hec cōclusio pbatur tali rōne. **Si** cut intellectus operat ppter finē ita et natura vt p; secundo phi. s; intellectus in his que sunt p artē: materiā ordinat et disponit ppter formā tāq; p finem: ergo et natura cū igitur et aīa sit forma viuētis corporis: sequit q; sit finis eius. Si dicat finis et forma sunt diuersa genera carū sed aīa est forma viuētis vt iā dictū est: ergo non ē finis. **Quidē** q; duplex est finis: videlicet finis generatōnis et finis rei genite. Verū est q; forma et finis rei genite non coincidunt: sed tamē forma et finis generatōis inq; tum terminat eā. **Ex** hac cōclusionē infert pbs vnum correlariū: v; q; aīa non est solū finis corpō viuētis s; et oīum naturalū corpō in istis inferiorib; que sic pbatur s; m phi. **Itā** instrumēta ordināt ad cās pncipales tamē ad finē: sed oīa corpora aīata sunt instrumēta animatoꝝ et sunt p ipse et animata minus perfecta ppter aīata magis pfecta: ergo oīa corpora nāta inferiora s; ināta q; aīata ordinant ad aīas tanq; ad finē. **Quinta** conclusio. Anima est causa viuētis: sicut pncipiū vnde motus. hec cōclusio pbatur tali rōne. Oīs forma corporis naturalis est pncipiū motus ppter illius corporis. s; quidā motus sunt ppter rebus viuētibus videlicet: sentire: moueri: pgreiue augeri et minui et c. ergo est pncipiū vnde motus. **Et** si dicatur pncipiū vnde motus dicitur causa efficiens: sed aīa non est cā efficiens: ergo nō est pncipiū vnde motus. **Ad** q; pncipiū vnde motus pōt accipi dupliciter. vno mō ppter eo qd est pncipiū pductiuū ipsius motus. et isto mō pncipiū vnde motus dicitur cā efficiēs secūdo phi. **Secūdo** mō accipitur ppter eo qd est pncipiū actuale motu: siue tale sit forma siue efficiēs: et isto mō forma dicit pncipiū vnde motus. **Ex** predictis cōclusionib; infertur vnus correlariū s; m phi qd est pncipale intentū in hoc caplo: videlicet q; operatōes que attribuūtur potēte vegetatiue. sunt ab aīa: qd p; tali rōne. **Nā** aīa est pncipiū et cā viuētis corporis: vt per tres predictas cōclusiones p; ergo est pncipiū operatōis eiusdē: cū igitur opationes q; attribuunt potēte vegetatiue sint opationes corporis viuētis: sequit q; sint opationes aīe. **Contra** predictum correlariū sic arguit. p; rōne empedoclis. Elementa sunt causa augmentatōis et diminutōis: ergo legitur q; aīa non est pncipiū augmentatōis: et per pns opationes potēte vegetatiue nō sunt ab aīa. **Preterea** quod conuenit alicui per se: ē pncipiū oīum illoꝝ q; pncipiant illud (sic ignis q; est calidus per se est cā coloris in rebus mixtis) s; inter alia elementa solus ignis videtur augeri et nutrir: ergo videtur q; solus ignis est cā augmētū et nutrimentū et non aīa. **Ad** primū dicit pbs destruēdo opinionē empedoclis q; augmentum in sursum et deorsum in aīatis pcedit ab aīa et nō ab elementis: quod p; dupliciter. **Nā** si pcederet ab elementis: sequeretur q; in oībus viuētib; suumeretur eodē modo sursum et deorsum: et alie differentie positōis. sequeretur et q; in q;bus essent due differentie positōis s; m nām distincte: eēt oēs s; m nām distincte: pns est manifeste falsus. nā in plātis sursum dicitur radix et locatur circa terrā: sed in hominibus sursum locat circa celum: et dicitur caput: in brutis vero sursum locatur medio mō. **Secundo** illud est pncipiū et cā augmētū qd continet elementa ne totaliter separent ab inuicē. hoc autē est aīa in rebus viuētibus: ergo aīa est pncipiū pncipale

augmētū et nō elementa: licet tamē ad augmētum instrumētaliū pcurrant. **Ex** quo patet q; primū argumētum soluitur negādo antecedēs. **Pro** ampliori tñ declaratiōe sciēdū est s; m doctorē sanctū in presenti lectiōe q; differentie positōis. s; sursum et deorsum: ante retro: dextrum et sinistrum in aliquib; distinguunt s; m nām. In aliis quibus vero distinguunt solū positōe quo ad nos. In illis autē i quibus sunt determinate partes q; sunt naturaliter pncipia aliquoꝝ motuum: distinguunt predictae differentie s; m naturā in vniuerso: ad cuius mediū nāliter ferunt graua: et ad cui; circūferentiā ferunt leuia. similiter i viuētibus s; m motum augmētū et decemētū: distinguuntur sursum et deorsum. **Nā** sursum dicitur illa pars: vnde viuētia alimentū accipiūt. deorsum autē pars apta vnde superfluitates emittūt: ante vero et retro in quibusdā determinant s; m sensum: dextrum et sinistrum determinat s; m motū locale. In his vero in quibus nō est determinata pars aliqua q; est pncipiū vel terminus alicuius motus: predictae differentie nō distinguunt s; m nām sed solū positōe quo ad nos et in rebus inanimatis: vnde eadē colūna dicitur sinistra et dextra. hec autem omnia doctor sanctus in lectione. **Ad** secūdū dicendū q; licet ignis sit cā instrumētaliū nutrimentū et nutritionis et c. tñ aīa est cā pncipalis. Cuius ratio phi ē: quia i vnoquoq; viuēte s; m nām ē certus terminus et determinata rō augmētū et magnitudinis: ergo illud qd est causa determinatōis magnitudinis et augmētū: est causa pncipalis augmētū. hoc autē est aīa et non ignis. nā ignis in infinitū potest extendi si in infinitum sit materia cōbustibilis aut inueniat: ergo et c. **Ex** predictis patet remotio duarū opinionū. Quarū prima est q; attribuit operationem potēte vegetatiue ipsi elementis indifferenter s; m q; lenitas dicitur causa motus sursum et grauitas motus deorsum. **Secūda** vero opinio attribuit predictas operationes ipsi igni tantum et nō ceteris elementis.

Sequitur in textu. (Quonia eadem est potentia et c.) **Hec** est lectio nona eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Itud est quartum capitulum secundi tractatus in quo pbs ponit duas cōclusiones. q; rā prima ē q; alimentū o; eē cōtrariū ei quod alitur: hec cōclusio pbatur duplici rōne: quā; prima ē. **Nā** alimentum decoquitur et mutatur in illud qd alit siue nutrit sed nil mutat nisi in cōtrariū: ergo alimentum est cōtrariū ei in quod mutatur. **Preterea** omne agens est cōtrariū pacienti. nā simile a simili non patit: sed alimentū patitur ab eo quod alitur. nam alterat ab eo et digerit. ergo et c. **Contra** hanc cōclusionē arguit vno rōne phi. **Nā** alimentū ē cā augmētū: s; oportet q; simile simili augeat: nā si aliquid diuersum opponeretur: non esset eiusdē augmētum: sed esset nature extranee adiunctio. videt ergo q; o; s; s; a si simili alit: et per cōsequens alimentum non debet eē cōtrariū ei quod alitur. **Preterea** arguitur cōtra primā rationem: nam aliquod mutatur in medium vt puta de albo in palidum: ergo falsum est dicere q; nihil mutatur nisi in cōtrariū. **Ad** primam dicendam secundum philosophum q; alimentum potest dupliciter considerari. vno modo ante decoctionem. sic est cōtrariū et dissimile ei qd alitur. Alio modo consideratur alimentum s; m q; iam decoctum est s; m q; conuertitur in substantias alit sic est simile ei quod alitur. vnde vno modo simile a simili alitur. Alio modo a suo cōtrario. Sed contra ista nulla est cōtrarietas: sed alimentū est s; a, ergo et c. **Dicendum** q; licet in genere s; be non sit cōtrarietas proprie dicta. s; p; hysica: est tamen cōtrarietas largo modo sumpta: videlicet pro quacūq; dissimilitudine. **Vel** dicendum q; licet in substantia non sit cōtrarietas s; formas substantiales: in ea tamen est cōtrarietas secundum formas accidentales: sicut patet de elementis. **Ad** secundam dicendam q; mediū cōparatum ad vnum est

tremorum inquantum rationem habet alterius extremi est quodammodo contrarium: sicut pallidum albo comparatum: dicitur nigrum: nigro vero comparatum dicitur album: vñ ratio non sequit. ¶ Pro maiori declaratione precedentium p̄s assignat tres condiciones i capite capituli que requirunt ad hoc q̄ aliquid sit alimentum. Quarum prima est q̄ alimentum videtur esse contrarium ei quod alitur propter rationes supra assignatas. Secunda est q̄ nō quodcumq̄ contrarium sufficit ad rationē alimenti: sed ō q̄ sit de illis contrariis que habent generationes ex se luices: quia nutrimentum conuertit in s̄bas nutriti. Tertia p̄ditio est q̄ sit ex illis cōtrariis que augmentum suscipiunt ex se inuicem: quia ex alimento sequit augmentum. vñ licet ex igne generetur aqua nō tñ dicit q̄ ex igne nutrit aqua sed potius e conuerso. ¶ Secunda conclusio est q̄ tres sunt partes potentie vegetatiue: videlicet potentia nutritiua augmentatiua & generatiua. hec conclusio pbatur duabus rōnibus que eliciuntur ex p̄s. Quarum prima est. Nam alimentum est obiectum potentie vegetatiue: vñ ergo est obiectum eius inquantum est in potentia per se ad corpus animatum: sic sicut potentia nutritiua: vel tale alimentum est in potentia ad corpus quantum: sic sicut potentia augmentatiua: vel tale alimentum est in potentia substantia generans: sic sicut potentia generatiua. ¶ Pro declaratione huius rōnis. p̄siderandum est s̄m doc. san. in lectiōe q̄ nihil nutrit nisi qd̄ est p̄cipās vita: sed oē participās vita ē animatus: ergo corpus quod alitur est animatus: sed alimentum est i potentia ad illud qd̄ alitur: p̄uertitur. n. in ipsius. Et q̄ relinquit q̄ alimentum inquantum est nutritionis obiectum est aliquid exis i potentia ad corpus animatum p se non per accēs. ¶ Ex predicta rōe infert p̄s diffinitiones potentie nutritiue: videlicet q̄ potentia nutritiua est principium nutritionis mediante alimento saluans suus susceptiuus. Et si dicatur alimentum est principium nutritionis: ergo non potentia nutritiua. Dicendum q̄ i nutritione sicut dicit doc. san. hic: sūt tria: videlicet qd̄ alitur: quo alitur: & ales quod ē duplex sci licet primū & primum. Ales primū est ipsa aia. Ales primum est anima vegetatiua. Illud vero quod alit est corpus habēs hanc animā: sed illud quod alitur instrumentaliter est alimentum. Ex quo patet q̄ alimentum & aia vegetatiua sine potentia eius diuersimode sunt p̄cipia nutritionis eius. ¶ Secunda ratio est: tñ sunt tres operationes potentie vegetatiue: videlicet nutritio: qua aliquis saluatur i esse individuali & augmentatio qua aliquid p̄ficat in maiorem perfectionem s̄m quantitatem & virtutē & generatio per quam aliquid quasi ei seipso perfectum exis: alteri esse & perfectionem tradit: ergo tñ sunt tres potentie anime vegetatiue: cum potentie distinguantur per operationes. Ex hac rōne infertur s̄m p̄m q̄ inter predictas operationes est ordo. nam nutritio est prima: secunda augmentatio: tertia v̄o & perfectissima: est ḡnatio. Cuius ratio est q̄ per nutritionem aliqd̄ saluatur in eē: per augmentum vero suscipit debitā quantitātē: & per generationem p̄ducit sibi simile. Sed manifestum est q̄ primo oportet rem habere & cōseruari in esse q̄ habere debitā quantitātē: & necesse est q̄ habeat determinatā quantitatem anteq̄ possit generare: ergo inter predictas operationes est ordo. Secundo infert diffinitionē anime vegetatiue: videlicet q̄ est generatiua alterius: similem sibi s̄m speciem. & si dicatur ipsius anime vegetatiue sūt alie perfectiones q̄ generare: vt patet ex dictis que sunt priora: ergo inconuenienter diffinitur anima pro generari tñ: dicendum s̄m doc. san. q̄ q̄ omnia denominantur a fine: finis autē operationum anime vegetatiue est generare alterum tale quale ipsum ē: ideo ipsa prima anima: videlicet vegetatiua conuenienter diffinitur per hoc quod est generatiua alterius &c. ¶ Contra predictam conclusionē sic p̄mo arguit: potentia anime ē altior virtus q̄ natura corporea: sed natura corporea eadē virtute dat vni esse & determinatam quantitātē: ergo a fortiori ipsa anima ea

dem virtute dabit rei esse & determinatam quantitatem: & per p̄s potentia augmentatiua & generatiua non differunt. ¶ Preterea per generationē res agit esse. similiter & per nutritionē. ergo potentia nutritiua & generatiua nō differunt. ¶ Ad primum dicendum q̄ res corporea inanimata acquirit esse ab agente extrinseco tñ qd̄ agit in materiam iam dispositam: ideo datur esse dat & quantitatem debitam s̄ res aiata in p̄ncipio sue generationis requirit parua quantitatem cum producat a principio intrinseco: videlicet a principio seminis: vnde ratio non sequitur. ¶ Ad secundum dicendum q̄ alimentum non ē principium generationis eius quod alitur: sed alterius quod est tale s̄m speciem: quale est quod alitur: q̄ s̄ba que alitur iam est & quod ē nō generat: q̄ nihil generat seipsum: q̄ qd̄ generat iam est: & qd̄ generatur non est. Ex quo patet q̄ aliud est quod acquirit esse p̄ alimentum & aliud per generationem. ¶ Circa predicta dubitatur primo virum corpus animatum nutriat: & videt q̄ nō. nā ignis dicitur nutriri ex aqua inquantum videlicet liquores humidus cedunt in ignis nutrimentum: sed p̄stat q̄ ignis est corpus animatum: ergo nō solum corpus aiatum nutritur. In oppositum ē p̄s hic in littera. ¶ Dicendum q̄ aliquid potest nutriri dupliciter. Uno modo proprie sic solum corpora animata augētur & nutriunt: quia dñs corpus animatum auget & nutrit: quilibet eius pars augetur & nutritur. Alio modo aliquid dicitur nutriri s̄ quādam similitudinē: & isto modo corpora inanimata possunt dici nutriri. ¶ Ad rationē dubij dicendum q̄ licet ignis dicatur nutriri improprie: non tamen dicit nutriri pprie. quia illud dicit nutriri proprie: quod i seipso aliquid recipit ad superius conseruationem: quod non accidit i igne licet videatur accidere. q̄ vt hic doctor sanctus & dum in materia accensa additur materia combustibilis. nouus ignis generat: non autem q̄ illud cōbustibile additum cedat in conseruationem ignis precedentis in alia materia prius accensa: puta si aliquod lignum de nouo igitur p̄ hanc ignitionē non conseruat ignitionē alterius ligni prius igniti: totus enim ignis qui est ex aggregatione multorum ignitorum: non est vnus simpliciter: sed videtur vnus aggregatione: sicut acernus lapidum est vnus: & p̄pter talem vnitatem: est ibi quedā similitudo nutritiōis. ¶ Dubitatur secundo vtrum alimentum sit instrumentum nutritionis: & videt q̄ nō. nā calor naturalis est instrum nutritionis: ergo non alimentum. In oppositum est p̄s in littera. ¶ Dicendum ad dubiū s̄m p̄m q̄ duplex est instrumentum nutritionis: videlicet coniunctum & separatum. calor naturalis dicitur instrumentum coniunctum. Alimentum vero dicitur instrumentum separatum instrumentum nutritionis. ¶ Dubitatur vltimo vtrum generatio solum reperiat in animatis: & videt q̄ non: quia ex aqua generat ignis: sed aqua & ignis non sunt corpora animata. ergo &c. ¶ Preterea in diuinis reperit generatio: & tamen deus non dicitur animatus presertim aia vegetatiua: ergo idem quod prius. In contrarium arguit nam generatio est operatio potentie vegetatiue: s̄ potentia vegetatiua solum reperit in animatis: ergo & generatio. ¶ Dicendum q̄ generatio potest accipi tripliciter. Uno modo cōiter videlicet prout est progressio de non eē ad esse: & isto modo generatio reperit tam in animatis q̄ in inaiatis. Secundo modo accipit pprie videlicet vt est progressio alicuius viuētis ab aliquo viuente coniuncto s̄m rationem similitudinis i specie: & isto modo generatio reperit in aiatis: & pprie vocatur nascitas. Tertio modo accipitur generatio ppriissime: videlicet vt est progressio alicuius viuētis ab aliquo viuente coniuncto s̄m rōnē idētatis in esse: & isto modo generatio nō potest reperiri in creaturis: sed solum in deo: q̄ in creaturis generans & genitum differunt s̄m esse: non autē in diuinis. ex quo patet solutio ad rationem dubij.

¶ Sequitur in textu. (Determinatis autē &c.) ¶ Hec est lectio decima eiusdē libri: & in p̄mto sancti Thome.

stud est quintum capitulum presentis tractatus in quo philosophus determinando de parte sensitiva in communi ponit duas conclusiones. Quarum prima est quod sensus est potentia passiva. hec conclusio probatur tali ratione philosophi. Sentire est quoddam pati: ergo sensus est potentia passiva. Assumptum patet: quia sentire consistit in motu. cum sensatio in actu sit quedam alteratio: et unumquodque secundum quod alteratur patitur: ergo sentire est quoddam pati. Contra hanc conclusionem sic arguitur. Sensus est quoddam ens in actu ut in hoc capitulo concedit philosophus: sed esse in actu magis pertinet ad agere quam ad pati: cum unumquodque agit secundum quod est in actu: ergo sensus est in potentia activa. Preterea potentia passiva comparatur ad suum obiectum: sicut effectus ad suam causam sive principium sicut supra concessum est: sed sensus non comparatur ad suum obiectum sicut ad suam causam: ergo idem ut supra probatio maioris. quia obiecto non existente sensus existit: ergo obiectum non est causa eius. Preterea illud quod est principium operationum: est potentia activa: sed sensus est principium operationis et agendi: ergo sensus est potentia activa. Ad primum dicendum quod aliquid dicitur esse in actu dupliciter ut dicit hic doctor sanctus. Uno modo in actu completo et perfecto: et isto modo esse in actu pertinet ad agere magis quam ad pati. Alio modo dicitur aliquid esse in actu incompleto et imperfecto sicut motus cum dicitur actus entis in potentia. et isto modo esse in actu bene pertinet ad pati. sensus autem est in actu secundo modo et non primo modo. Ad secundum dicendum quod obiectum sensus est principium ipsius sensus non quantum ad esse nature absolute: sed quantum ad actum sentiendi. et licet obiecto non existente secundum actuale existentiam remaneat sensus: non tamen potest remanere sensus nisi remaneat naturalis habitudo ad ipsum obiectum ut supra declaratum est. Ad tertium dicendum quod duplex est operatio: nam est quedam qua aliquid perducitur ab aliquo extrinseco que dicitur operatio transiens sicut domificare vel verberare. Alia est operatio qua aliquid inscipitur in operante que vocatur operatio imanes. Illud autem quod est principium operationis primo modo sumpte: bene est potentia activa: non autem secundo modo: sensus autem est principium operationis secundo modo dicte: unde ratio non sequitur. Secunda conclusio. Sensus in actu non est ipsa sensibilia. ita scilicet quod ex eis componatur ut antiqui voluerunt. hec conclusio probatur duabus rationibus philosophi. Quarum prima est. Nam si sensus esset ipsa sensibilia in actu. sequeretur quod ipse sensus posset sentiri: consequens est falsum: et contra experientiam: et consequentia patet: quia ipsa sensibilia possunt sentiri. Secunda ratio: si sic sequeretur quod sensus posset sentire sine exterioribus sensibilibus: consequens est falsum. ergo et c. patet sequela. Sensus potest sentire presentibus sensibilibus. ergo si sensus esset sensibilia in actu: sequeretur quod posset sentire sine sensibilibus exterioribus. Ex hac conclusione inferitur unum corollarium quod sensus non est in actu sine sensibilibus exterioribus: sed in potentia tantum sicut combustibile: quod est potentia tantum ignitum: non comburitur ab ipso sine exteriori combustione. Nam si esset actu ignitum: combureret seipsum et non indigeret exteriori igne ad hoc quod combureretur. Ex predictis etiam patet falsitas opinionum Empedoclis et illorum qui posuerunt sensum actu esse sensibilia ipsa. propter hoc quod simile si simili cognoscitur: voluerunt enim quod anima sensitiva esset composita ex sensibilibus: ut cognosceret omnia sensibilia. Contra predictam conclusionem et eius corollarium: sic primo arguitur. Intellectus in actu est illud quod intelligitur: quia ex intellectu et intellecto fit unum: ut patet tertio huius. ergo a simile sensus in actu est sensibile in actu. Preterea illud quod sem-

per est in natura animali existente est in actu: sed sensus est huiusmodi ad minus sensus tactus ut supra concessum est: ergo sensus est in actu et non tantum in potentia. Preterea illud quod est coniunctum operationi: est ens in actu: sed sensus est coniunctus operationi: ut visus coniungitur ipsi videre. ergo et c. Ad primum dicendum quod dum dicitur quod intellectus in actu et intellectum sunt unum ibi est predicatio causalis et non essentialis: et est sensus quod ex intellectu et intellecto fit unum. Unde non oportet quod ipse intellectus in actu sit ipsum intelligibile. Et similiter dicendum est de sensu et sensibili. Ad secundum dicendum quod licet sensus quantum ad esse nature semper sit animali existente: non tamen semper est quantum ad actualem sensationem. unde sensum esse in actu potest intelligi dupliciter. Uno modo presentialiter et quantum ad esse nature: et isto modo conceditur argumentum. Alio modo quantum ad actum sentiendi: et isto modo non oportet. Ad tertium dicendum quod ipse sensus dicitur aliquando esse in potentia coniuncta actui: videlicet quando actualiter sentit per impressionem similitudinis exterioris sensibilis. Aliquando vero dicitur esse in potentia distante ab actu: ut patet in dormientibus ab actu scilicet sensationis. secus autem loquendo de actu actualis existentie.

Sequitur in textu. (Dividendum autem et c.) Hec est lectio undecima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

stud est sextum capitulum predicti tractatus in quo philosophus ostendendo qualiter sensus reducatur de potentia ad actum: ponit duas conclusiones. Quarum prima est. Quod aliquis qui reducitur de potentia ad actum scientie: dicitur pati: hec conclusio probatur tali ratione: quia passio importat quandam receptionem: sed dum aliquis reducitur de potentia ad actum sciendi: recipit aliquid. ergo et cetera. Pro declaratione huius conclusionis advertendum est secundum philosophum in littera: quod aliquis dicitur in potentia sciens dupliciter. Uno modo quia naturalem potentiam habet ad sciendum: sic ille dicitur de numero habentium scientiam qui habet naturam ad sciendum. Secundo modo aliquis dicitur in potentia ad sciendum qui habet iam habitum scientie non tamen actu considerat. Considerandum est secundo quod predicti duo modi potentie differunt: quia ille qui est in potentia primo modo non potest reduci ad actum sine exteriori agente: sed bene secundo modo. Ille enim qui habet naturalem aptitudinem ad sciendum et non habitum scientie: reducitur ad actum per doctorem: aut intrinsecum aut extrinsecum. et per acquisitionem doctrine. Ille autem qui habet habitum scientie: potest speculari dum vult. Considerandum est tertio quod ille qui est in potentia primo modo: dum reducitur ad actum scientie alteratur per doctrinam et multoties talis mutatio est ex contrario habitu: videlicet ex ignorantia: sed ille qui est in potentia secundo modo dum reducitur ad actum: non alteratur nec transit de contrario habitu. Considerandum est quarto secundum doctorem sanctum quod duplex est ignorantia. Quedam est ignorantia pure negationis: quando scilicet aliquis veritatem non cognoscit: neque contrario errore detinetur. Alia ex ignorantia parve dispositionis ut quando aliquis detinetur errore contrario veritati. Quando autem aliquis de ignorantia prima reducitur ad scientiam: fit actu sciens: non quasi mutatus de contrario habitu: sed sicut acquirens scientiam. qui vero de ignorantia secunda reducitur ad scientiam: reducitur ad actum quasi de contrario habitu mutatus. Considerandum est quinto quod duplex est passio. quedam est passio corruptiva per quam scilicet aliquid re-

monetur a patiente. Alia est passio perfectiva: quā aliquid recipit in patiente. Quoniam autem dicitur quod ille qui reducitur de potentia ad actum scientie patitur: intelligendum est de passione perfecta et non corruptiva. Cuius ratio est: quia quod est receptivum alterius: comparatur ad ipsum: sicut potentia ad actum: actus autem est perfectio potentie: ideo dum aliquis reducitur ad actum scientie: suscipiendo scientiam: patitur passione perfecta. **C**onsiderandum sexto quod passio accipitur dupliciter. Uno modo proprie secundum quod habet fieri cum quadam corruptione: que fit a contrario: passio enim proprie dicta videtur importare quoddam detrimentum patientis: in quantum ab agente detrimentum accidit patienti secundum quod aliquid a patiente abicitur: que quidem abicitio est quaedam corruptio vel simpliciter: sicut quando abicitur forma substantialis: vel secundum quid: quando dicitur forma accidentalis. Alio modo accipitur passio communiter et minus proprie secundum quod importat quandam receptionem: et isto modo accipitur hic. **C**onsiderandum ultimo quod duplex est alteratio quedam est proprie dicta: que scilicet est de contrario in contrarium et vocatur alteratio corruptiva. Alia est alteratio communiter sumpta: que est mutatio in habitum et naturam secundum quod in aliquo recipiuntur forme et habitus sine perfectiones. et dicitur alteratio perfectiva. Quando autem habens habitum scientie reducitur ad actum considerandi: alteratur alteratione secundo modo dicta: et non primo modo. Quando vero reducitur de potentia ad habitum scientie alteratur etiam secundo modo et non primo modo: secundum rei veritatem: licet sit quedam similitudo alterationis: que est de contrario in contrarium: hec omnia doctor sanctus in lectione. **C**ontra predictam conclusionem arguitur sic: ubicumque est passio: ibi est privatio alicuius perfectionis: sed quando aliquid efficitur sciens non est ibi in eo privatio perfectionis: sed magis proficitur: ergo non patitur. **P**reterea ubi est passio ibi est alteratio: sed qui recipit scientiam non alteratur: cum alteratio sit solum ad tertiam speciem qualitatis: ergo etc. **P**reterea si esset ibi passio vel alteratio in receptione scientie aut esset de contrario in contrarium aut non. Si secundo modo sequitur quod ibi non esset alteratio: cum alteratio sit de contrario in contrarium. Si primo modo tunc in receptione scientie esset corruptio quedam: quod est falsum: ergo etc. **A**d hec argumenta per solutio ex dictis. Verumtamen considerandum est hic secundum doctorem sanctum in lectione quod quando aliquis ab ignorantia prave dispositionis: videlicet ab errore reducitur ad viam veritatis: est ibi quedam similitudo alterationis que est de contrario in contrarium: non tamen vere est ibi talis alteratio. nam alterationi que est de contrario in contrarium virumque per se et essentialiter: (et per hoc semper ei competit) videlicet licet quod sit a contrario: et quod sit in contrarium: ut dealbatio si enim non est nisi ad album: ita non est nisi a nigro vel a medio colore: quod respectu albi est quodammodo nigrum. Sed in acquisitione scientie: hec non essentialiter et per se competunt: sed accidit quod ille qui acquirit scientiam veritatis in principio fuit in errore: quod absque hoc potest reduci ad scientiam veritatis. unde non est vera alteratio de contrario in contrarium. **E**t si queratur verum ille qui accipit scientiam et fit actu sciens semper fiat actu sciens a magistro: videtur quod non: quia multoties aliqui acquirunt scientiam absque magistro per se inveniundo. **A**d quod respondet doctor sanctus quod cum aliquis est in potentia sciens: si fiat actu sciens oportet quod hoc fiat ab eo quod est in actu: sed aliquando ille qui est in potentia reducitur a principio extrinseco: sicut aer illuminatur ab eo quod est actu lucidum. Quando quod autem reducitur ad actum a principio intrinseco: sicut aliquando homo sanatur a natura: et isto ultimo modo se habet in acquisitione scientie: homo enim acquirit scientiam a principio intrinseco inveniundo: et a principio extrinseco addiscendo. **S**ecunda conclusio: quando aliquis reducitur de potentia sentiendi ad actum dicitur pati modo supra posito. hec conclusio probatur tali ratione. sicut se habet potest

tia sciendi ad actum sciendi. ita se habet ratio sentiendi ad actum eius: sed dum aliquis reducitur de potentia ad actum sciendi: patitur: ergo etc. **P**ro cuius declaratione considerandum est quod aliquid dicitur esse in potentia sentiendi duobus modis. Uno modo illud dicitur in potentia sentiendi: quod non dum habet sensum: natura enim est habere. Alio modo quod iam habet sensum et non sentit: sed est in potentia sentiendi. De prima autem potentia aliquis reducitur ad actum per generationem: quia sensus naturaliter est in anima: secus est de scientia que non inest homini per naturam: sed secunda potentia aliquis reducitur ad actum per presentiam obiecti et determinatam dispositionem organi. **C**onsiderandum vterius quod sensus non potest reduci de potentia secunda ad actum per ea que intra ipsum sunt. cuius ratio est secundum doctorem sanctum: quia obiecta sensus sunt extra animas: et per consequens sunt singularia: scientia vero est universalis que quodammodo sunt in anima. Unde ille qui iam habet scientiam: non oportet quod querat exteriora sua obiecta sed habet eas in se. et per consequens potest considerare ea cum vult: nisi per accidens impediatur: sed sentire non potest aliquis cum vult quia sensibilia non habet in se. **C**irca predicta movet doctor sanctus duas dubitationes. Quarum prima est verum sensus sit singularium tantum: scientia vero universalium. **E**t videtur quod non. Quia illa potentia cuius obiectum habet rationem communem et universalem: non dicitur esse singularium: sed sensus est huiusmodi cum obiectum eius sit color in communi et non hic vel ille color: ergo etc. **P**reterea quorum est scientia: eorum est sensus: cum nihil sciat quod non cadat sub sensu: sed scientia est universalium. ergo sensus similiter erit universalium. **D**icendum quod sensum esse universalium potest intelligi dupliciter. Uno modo accipiendo sensum pro operatione sentiendi: et isto modo sensus est singularium: quia operationes sunt singularium. Alio modo accipiendo sensum pro potentia sensitiva. et hoc dupliciter vel subiective: vel obiective. Si primo modo sic etiam sensus est singularium. Si secundo modo hoc iterum dupliciter: vel per se vel per accidens. Si secundo modo sic sensus est bene universalium. Si primo modo sic sensus non est nisi singularium. cuius rationem assignat doctor sanctus in lectione. **N**am sensus est virtus in organo corporali existens et unumquodque recipit in alio: per modum sui: ergo oportet quod sensus materialiter et corporaliter recipiat similitudinem eius quod incorporealiter intelligitur: et quia intellectus est virtus immaterialis. ideo oportet quod recipiat immaterialiter et incorporealiter illud quod intelligitur. Illa autem que sunt materialia et corporalia: sunt singularia. Illa autem que sunt immaterialia et incorporealia per abstractionem: sunt universalia: ideo sensus dicitur esse singularium: scientia vero universalium. **A**d rationem dubii dicendum quod sensus non percipit universalitatem ratione sui obiecti: sed fertur immediate ad individuum vagum alicuius generis. ut puta ad aliquod corpus coloratum: et non ad hoc vel ad illud: secundum quod huiusmodi: ut ratio volebat. **A**d secundum dicendum quod quorum est scientia. eorum est sensus: non tamen eodem modo: que illa que prius sunt in sensu materialiter et corporaliter intelliguntur: postea ab intellectu immaterialiter absque conditionibus individuantiis. **D**ubitatur secundo verum universale habeat esse in anima: sicut iam dictum est: et videtur quod non. Nam universale est in singularibus: ergo non est in intellectu. **P**reterea universale est in predicato et est essentia quedam: ergo est ens extra animam: patet consequentia: quia nihil ponitur in predicato nisi sit ens extra animas ut vult doctor sanctus. **A**d dubium dicendum secundum doctorem sanctum quod universale accipitur dupliciter. Uno modo pro ipsa natura communi prout subiacet intentioni universalitatis. Alio modo potest considerari secundum se et absolute. Et hoc dupliciter. vno modo secundum esse materiale quod est in materia naturali. Aliud au

sem immateriale secundum quod est in intellectu. Si consideretur secundum esse quod habet in materia naturali: non potest ei aduenire intentio vniuersalitatibus: quia per materias individualiter: sed ei aduenit intentio vniuersalitatibus secundum quod abstrahitur a materia naturali non realiter sed per abstractionem intellectus per primam eius operationem intelligendo. scilicet naturam: non apprehendendo principia individualitatis: per ergo quod intentio vniuersalitatibus non potest attribui nature secundum esse quod habet in individualibus sed secundum esse quod habet in intellectu per respectum tamen ad singularia: sic vniuersalia secundum intentionem vniuersalitatibus considerata sunt in intellectu: de quo clarus in metaphysica habebitur et disputabitur: et per hoc patet solutio ad rationes dubii.

Sequitur in textu. (Dicendum autem secundum vnum quodque et cetera.) Et hic incipit lectio duodecima eiusdem libri et in commento sancti Thome.

Stud est septimum capitulum in quo philosophus ponens differentias inter sensibilia communia et propria ponit vnam conclusionem: videlicet quod sensibile vnum diuiditur in sensibile per se et sensibile per accidens. Sensibile autem per se bene subdiuiditur in sensibile proprium et sensibile commune: hec conclusio probatur tali ratione secundum doctorem sanctum. Item cum sentire consistat in quodam pati et alterari ut supra dictum est: differentia sensibilibus inuenienda est secundum differentiam immutationis vel ergo tale sensibile nil facit ad immutationem sensus: vel aliquid facit. Si primum sic est sensibile per accidens. Si secundum sic est sensibile per se: et hoc est dupliciter: vel quia immutatio attenditur quantum ad speciem agentis: sic est sensibile per se proprium: vel quantum ad modum actionis: sic est sensibile per se commune. Pro huius conclusionis ampliori declaratione considerandum est primo quod sensibile per accidens dicitur illud quod accidit sensibili per se: sed sensibile per se dicitur illud quod ratione sui et non alterius aptum natum est percipi a sensu: Sensibile vero proprium dicitur illud quo aptum natum est percipi ab vno solo sensu tantum: et sunt quatuor: videlicet color: sonus: sapor: odor: et quatuor qualitates tangibiles: scilicet sensibile commune dicitur illud quod aptum natum est non ab vno solo sensu sed a pluribus percipi: sicut ista motus: quies: numerus figura et magnitudo que dicuntur sensibilia: non quia ab omnibus sensibilibus percipiuntur: sed quia apta nata sunt percipi a pluribus sensibilibus que ab vno. Considerandum ulterius quod sensus potest decipi circa sensibilia communia: nunquam tamen potest decipi circa sensibilia propria: et hoc tribus conditionibus obseruatis. Quarum prima est quod ibi sit debita dispositio organi: secunda quod ibi sit debita dispositio medii. Tertia quod ibi sit determinata distantia inter sensum et sensibile.

Considerandum tertio quod ad hoc quod aliquid sit sensibile per accidens due conditiones requiruntur: quarum prima est quod illud accidit sensibili per se. Secunda est quod illud percipiatur immediate ab aliqua alia potentia precepto sensibili per se. Tertia quod sit vel a sensu vel ab intellectu vel a vi cogitativa vel estimativa. Exemplum primum et dulce percipitur per accidens a visu: exemplum secundum ut aliquis videt aliquem moueri percipit per intellectum quod habet vitam: exemplum tertium ut dum aliquis videt aliquem coloratum per vim cogitativam percipit sortem vel platonem: exemplum quartum: ut dum ouis videt lupum per vim estimativam percipit ipsum esse inimicum eius. Considerandum quarto quod vis cogitativa pertinet ad partem sensitivam: et dicitur alio nomine ratio particularis. Quia sicut ratio vltima est collectiua intentionum vltimum: ita ratio particularis dicitur collectiua intentionum particularium sine individualium. Et illa vis que dicitur cogitativa in homine dicitur estimativa in brutis. que tamen differunt in hoc quod vis cogitativa apprehendit individuum: ut existens sub natura communi. sed estimativa apprehendit individuum secundum quod est ens aut principium alicuius actionis. Contra predictam conclusionem arguitur primo sic. Numerus cum multitudo mensurata per vnum solum apprehenditur per intellectum: cum ordinare et colligere ad intellectum pertineat: ergo numerus non est sensibile.

Preterea numerus non percipitur ab omni sensu: ergo non est sensibile commune. Preterea animal est sensibile per se: et tamen non immutat sensum: ergo insufficienter dicitur quod sensibile per se est illud quod per se et non ratione alterius immutat sensum. Ad primum dicitur quod numerus potest considerari dupliciter. Uno modo secundum suam esse essentiam: sic solum percipitur ab intellectu. Alio modo secundum suam esse materiam: sic percipitur a sensu. Ad secundum dicitur quod sensibile commune non dicitur commune quia aptum natum sit sentiri ab omnibus sensibus sed a pluribus ut dictum est. Ad tertium dicitur quod sensibile potest accipi dupliciter. Uno modo active scilicet quod descendit a sentio sentis sentit: et sic animal dicitur sensibile per se. Alio modo passive ut quando descendit a sentio: ris tiri: sicut accipitur in proposito: et isto modo animal non est sensibile per se sed per accidens. Circa predicta dubitatur secundum doctorem sanctum in lectione: vtrum illa que dicuntur sensibilia communia possunt dici sensibilia per se et propria: et videtur quod sic rationibus aliquorum. Nam huiusmodi sensibilia sunt propria sensui communi: sicut sensibilia sunt propria singulis sensibus: ergo videtur quod sint sensibilia per se et propria. Preterea sensibilia propria non possunt esse sine communibus sensibilibus per se et non per accidens. In contrarium arguitur. nam sicut sensibilia per accidens non apprehenduntur nisi in quantum sensibilia propria apprehenduntur: ita nec sensibilia communia: nunquam enim visus apprehendit magnitudinem aut figuram nisi in quantum apprehendit coloratum. Dicendum quod aliquid dicitur per accidens dupliciter. Uno modo ut per accidens distinguitur contra per se: et isto modo predicta sensibilia dicuntur sensibilia per accidens. Alio modo ut distinguitur per se contra per se: contra per alterum: et isto modo non dicuntur sensibilia per se sed per accidens. Ad primam rationem dubii dicendum negando assumptam: (quia ut dicit hic doctor sanctus) falsum est quod ista sensibilia communia sint propria obiecta sensus communis. nam sensus communis est quedam potentia ad quam terminantur immutationes omnium sensibilibus. unde circa ipsas immutationes proprium sensuum a suis obiectis habet sensus communis aliquas proprias operationes: quas sensus proprii habere non possunt: percipit enim immutationes sensuum et discernit inter eas et inter sensibilia diversorum sensuum. Ad secundam dicendum negando primam: quia non dicitur sensibile per se: ex eo quod non potest esse sine alio: sed ex eo dicitur sensibile per se quia aptum natum est percipi ratione sui et non ratione alterius. Ad rationem in contrarium negat primam.

Sequitur in textu. (Quis quidem visus hoc est visibile et cetera.) Et hic incipit lectio decimaquarta eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Stud est octauum capitulum huius secundi tractatus in quo philosophus determinando de colore. lumine et dyaphano: quantum ad quod sunt ponit duas conclusiones. Quarum prima est. Color est sensibilis per se: hec conclusio probatur tali ratione. Illud quod habet in se causam alicuius predicati: tale predicatum conuenit sibi per se in secundo modo dicendi per se: ut per primo potest. sed color habet in se causam visibilitatis: ergo sequitur quod color est sensibilis per se. probatio maioris: quia omnis color est motus dyaphani secundum actum: sed illud quod mouet dyaphanum secundum actum: est visibile: ergo sequitur quod color secundum suam naturam est sensibilis. Pro huius conclusionis declaratione considerandum est secundum philosophum quod dyaphanum est illud quod non habet proprium colorem in actu. sed est susceptivum extranei coloris. Et vocatur alio nomine corpus transparentis vel perspicuum sicut sunt aer aqua et multa corpora solida: ut sunt lapides quidam et aurum. Nec ista dyaphaneitas conuenit corporibus predictis secundum propriam naturam elementorum: sed secundum quandam naturam communiorem cum dyaphaneitas reperitur et in corporibus celestibus. Considerandum est secundo quod lumen est actus dyaphani secundum quod dyaphanum est. nam sicut se habet color ad corpus terminatum: ita se habet lumen ad dyaphanum: sed manifestum est quod color est actus corporis terminati: ergo lumen

Tractatus

est actus dyaphani sicut quod huiusmodi. **C**onsiderandum est tertio quod lux lumen radius et splendor sic inter se differunt quia lux est qualitas primi corporis alterius: lumen vero est qualitas a corpore lucido suscepta in alio. Et si tale lumen per rectam lineam ad corpus lucidum penetrat: tunc vocatur radius. Si vero causetur ex reuerberatione radii ad corpus lucens: vocatur splendor. **C**onsiderandum est quarto quod aliqua sunt corpora actu lucida: quedam dyaphana: quedam opaca: quia cum lux sit qualitas primi alterius: quod est maxime perfectum et formale: illa corpora que sunt maxime nobilia sunt lucida actu: que autem sunt propinquiora: sunt receptiva luminis: non tamen sunt lucida sicut sunt corpora dyaphana: que autem sunt maxime materia non sunt lucida actu: nec sunt susceptiva luminis sicut sunt opaca. **C**ontra predictam conclusionem sic primo arguitur. Illud quod conuenit alicui per se est de ratione eius: sed visibile non est de ratione coloris ut dicitur philosophus: ergo color per se non est visibilis. **P**roterea color non est visibilis sine lumine: ergo non est visibilis per se. **A**d primum dicendum quod illud quod conuenit alicui per se in primo modo dicendi per se: bene est de ratione eius: non autem illud quod conuenit alicui per se in secundo modo dicendi per se: visibile autem conuenit colori per se in secundo modo dicendi per se: unde ratio non sequitur. **A**d secundum dicendum quod lumen non requiritur ad videndum per colorem: sed per medium ut infra patebit. **S**ecunda conclusio lumen non est corpus: **P**robat talis ratio philosophi. Impossibile est duo corpora simul in eodem esse: sed lumen simul est cum dyaphano: ergo si lumen esset corpus: duo corpora essent simul. **P**robat maioris: nam contrarium est idem subiectum: sed lumen et tenebrae sunt contraria sicut modum quo partitio et habitus contrariantur: sed sicut tenebrae est dyaphanum: et per se lumen erit simul cum dyaphano. **P**roterea si lumen esset corpus oporteret quod illuminatio esset motus localis: sed illuminatio non est motus localis cum sit in instanti: ergo lumen non est corpus. **P**ro huius conclusionis declaratione considerandum est quod aliqui antiquorum dicebant quod lumen esset corpus. Alii dicebant ipsum esse naturam spirituales. Alii autem dicebant ipsum esse euentiam coloris: alii vero dicebant ipsum esse formam substantialem solis. Sed primum stare non potest propter rationes predictas. neque secundum quia si lumen esset natura spiritualis: non caderet in comprehensionem sensus: primum est contra experientiam: ergo lumen non est natura spiritualis. et quod videtur nomine luminis in spiritualibus: hoc est quia visus est spiritualis: et subtilior: ceteris sensibus. quod per primo ex parte obiecti: quia aliqua cadunt sub visu sicut proprietates in quibus continentur inferiora corpora cum superioribus: per etiam ratione immutationis: nam sensus visus est spiritualis: ex modo immutationis. nam in solo visu est mutatio spiritualis absque naturali. **P**ro quo notandum quod immutatio naturalis vocatur quando qualitas suscipitur in patiente sicut esse nature sicut cum aliquis infrigidatur. Sed immutatio spiritualis est sicut quod spiritus recipitur in organo sensus per modum intentionis et non per modum naturalem. neque tertium stare potest. nam si lumen esset nisi euentiam coloris: sequeretur quod nulla essent que lucerent de nocte: primum est falsum et contra experientiam: ergo et. neque ultimum stare potest quia nulla forma substantialis est per se sensibilis sed lumen per se est sensibilis: ergo et. **C**ontra predictam conclusionem sic arguitur. Illud cui competunt proprietates corporis est corpus: sed luminis competit proprietates corporis: ut puta reuerberatio: ergo lumen est corpus. **D**icendum quod reuerberatio non competit luminis nisi sicut quandoque similitudinem: nam sicut aliqua corpora reuerberant et reuertuntur ad corpus a quo exierunt: ita et radii luminis reuerberant a corpore opaco et reflectuntur. Ideo similitudinarie ei proprietates corporis competunt. **U**trum autem lumen sit qualitas aut aliquid aliud inferius declarabitur. **C**irca predicta dubitatur utrum lumen requiratur ad videndum per medium tantum et non propter colorem. Et arguitur quod non rationibus alberti tenentis istam partem. nam color potest mouere dyaphanum sine lumine: ergo sequitur quod lumen requiritur propter colorem et non propter medium tantum. **P**roterea vni-

Secundus

us potentie debet esse vni obiectum: si ergo lumen requireret propter medium et non propter colorem: ipsius visus essent duo obiecta: et sic visus esset vna potentia. **P**roterea qui est in obscuro videt ea que sunt in lumine et non e converso: ergo signum est quod lumen requiratur propter colorem. **A**d dubium dicendum est sicut dicitur sancti thome. quod lumen requiritur propter medium tantum et non propter colorem. cuius rationem assignat: nam color est visibilis per se ut dicitur philosophus: ergo habet in se causam ut possit videri: et per consequens lumen non requiritur propter colorem ut videatur. **A**d primam rationem dubii dicendum quod color sicut suam propriam naturam aptus natus est mouere dyaphanum imperfecte. **P**ro cuius euentiam considerandum est: (ut dicitur hic dicitur sancti thome.) quod differentia est inter virtutem perfectam et imperfectam. nam forma que est virtutis perfecte in agendo: non solum potest inducere suam similitudinem in susceptibili: sed etiam potest disponere patientem ut sit proprium eius susceptivum: quod non potest facere si sit imperfecte virtutis cum ergo virtus coloris in agendo sit imperfecta respectu luminis: quia color nihil aliud est quam lux quedam quodammodo obscurata ex admixtione corporis opaci: ideo non habet virtutem ut faciat medium in sua dispositione qua sit susceptivum coloris: quod tamen potest facere lux pura. **A**d secundum dicendum quod vni potentie possunt esse plura obiecta subordinata: ita quod vnum sit obiectum quod et alius sit obiectum quo. color autem dicitur obiectum quod et materiale visus: lumen vero extrinsecum dicitur obiectum quo: unde non sequitur ratio. **A**d tertiam rationem patet solutio ex dictis. nam quod aliquis in obscuro existens possit videre ea que sunt in lumine: hoc est quia lumen requiritur propter medium et non propter colorem. Et si dicatur ratio formalis alicuius obiecti requiritur propter obiectum sed lumen est ratio formalis coloris: ergo et. **D**icendum quod duplex est lumen: videlicet lumen extrinsecum et lumen intrinsecum: quod includitur in colore: lumen autem extrinsecum non est ratio formalis coloris de quo dubium procedit: unde ratio est nulla.

Sequitur in textu. (Est autem coloris susceptivum non color et c.)

Hic incipit lectio decimaquinta eiusdem libri: et in commento sancti thome.

Stud est nonum capitulum presentis tractatus in quo philosophus ostendens qualiter dyaphanum se habet ad colorem habet quinque conclusiones. Quarum prima est quod dyaphanum est sine colore. hec conclusio probatur tali ratione philosophi. nam illud quod est susceptivum alicuius non habet illud cum nihil suscipiat quod habet. sed dyaphanum est susceptivum coloris ut ex predictis patet: ergo dyaphanum est sine colore. **E**x hac conclusione inferunt primo quod dyaphanum sicut se non est visibile: quia vnum quodque est visibile sicut colorem: sed dyaphanum non habet in se colorem: ergo dyaphanum sicut se non est visibile. **S**ecundo inferunt quod dyaphanum est actu tenebrosum quia dyaphanum est aptum natum suscipere colorem et non habet in se colorem neque lumen: ergo dyaphanum est etiam tenebrosum. **S**ecunda conclusio. Aliqua sunt visibilia que non solum videntur in lumine: sed etiam in tenebris: hec conclusio per ad sensum. nam quedam sunt animalia et alia quedam entia (quorum non est vnum nomen commune) que videntur in tenebris ignita et in nocte. lucida: ut sunt capita quorundam piscium et squame et oculi quorundam animalium que videntur de nocte: ergo aliqua sunt visibilia que videntur in tenebris. **S**ed considerandum est quod talia visibilia videntur in lumine et in tenebris: sed in lumine videntur ut colorata: et in tenebris ut lucida. Cuius ratio est: quia in eorum compositione habent aliquid lucis in quantum lucidum ignis et dyaphanum aeris et aque: non est in eis totaliter comprehensum per opacum terre. id videntur in lumine et in tenebris. **E**t quia habent modicum de luce: ideo per presentiam mai-

ris luminis talis lux offuscatur: ideo in lumine sine in die
 non videntur ut lucentia: sed ut colorata: quia etiam talis lux non
 potest immutare dyaphanum sicut color: ideo talia videntur in te-
 nebris ut lucetia et non colorata. **Tertia conclusio** color
 non potest videri sine lumine hec conclusio probatur dupliciter. **Primo**
 modo ratione. **Ita** hoc est de ratione coloris: quod fit quod motus
 dyaphanum secundum actum: sed non potest movere dyaphanum: nisi
 mediante lumine: ergo color non est visibilis sine lumine.
Secundo probatur a signo quia si ponatur sensibile immediate su-
 pra visum non percipitur a visu. nam sensibile positum supra sen-
 sum non facit sensationem: ergo signum est quod color non potest videri
 sine lumine. **Quarta conclusio**. Si inter oculum videntem
 et rem visam esset vacuum non fieret visio. **Hec conclusio**
 probatur tali ratione philosophica. **Ita** ad hoc quod fiat visio oportet organum
 visus pariat a visibili: sed non potest pati a visibili nisi per
 aliquid medium. si autem esset vacuum non esset medium: ergo si es-
 set vacuum non esset visio. **Ex quo** habet falsitas opinionis de-
 mocriti quod opinatus fuit quod si inter rem visam et oculum esset
 vacuum quod possit aliquid quacunque rem parat videre per quam-
 cunque distantiam. **Quinta conclusio**. Aliqua sunt visibi-
 lia que videntur in tenebris non solum ut lucentia: sed et ut colo-
 rata. et que videntur in lumine non solum ut colorata: sed etiam
 ut lucetia: hec conclusio probatur etiam ad sensum: nam ignis
 habet tantum de lumine quod potest facere omnino dyaphanum in actu:
 ergo ignis videtur ut quid coloratum. **Et quia** ignis non habet
 in debile lumen quod ad partem maioris luminis obicit: ideo
 videtur in lumine non solum ut quid coloratum sed ut lu-
 cidum. **Circa predicta** dubitatur utrum color sit proprium
 obiectum visus. et videtur primo quod non. **Ita** proprium obie-
 ctum alicuius potentie potest movere potentiam: sed non
 potest movere per se visum: cum non possit movere vi-
 sum sine lumine ut concessum est: ergo etc. **Preterea**
 vel potest percipi ab aliqua potentia quod non continetur
 sub subiecto: sed visus potest percipere quod non est co-
 loratum: ut puta tenebras et stellis: ergo etc. **Dicendum**
 breviter quod color est obiectum visus comprehendendo sub
 colore lumen: quod est proprium formale eius: quod sic patet:
 quia illud est obiectum per se alicuius potentie sub cuius ratione
 formali comprehenduntur omnia que apta nata sunt apprehen-
 di a tali potentia: sed color est huiusmodi secundum visum: ergo
 etc. **Ad primum dicendum** quod lumen requiritur per medium:
 ut supra dictum est et non per colorem. unde ratio non sequitur.
Ad secundum dicendum quod visus non percipit tenebras per se: sed
 solum per accidens: et ideo stelle non habeant materiale co-
 loratum: nisi in eis est formale. scilicet lumen.

Sequitur in textu. (Nunc autem primo de sono et olfactu
 etc.) **Hec est lectio decimasexta eiusdem libri:** et in com-
 mento sancti Thome.

Stud est decimus. c. partibus tractatus in
 quo philosophus determinando de gene-
 ratione soni ponit quatuor conclusiones. Qua-
 rum prima est quod sonus quandoque est in actu
 quandoque in potentia. **h** conclusio probatur tali ratione elicitive secundum
 philosophum. Illud quod quandoque est et quandoque non est aliquando est in
 actu: aliquid est in potentia: sed sonus quandoque est et quandoque non est
 ut patet de campana que quandoque sonat quandoque non: ergo sonus quan-
 doque est in actu quandoque in potentia. **Contra** hanc con-
 clusionem arguitur. Illud quod non est non est in actu: sed so-
 nus non est: ergo sonus non est in actu. probatio maioris:
 quia quod fit non est: sed sonus solum habet esse in fieri: ergo sonus
 non est. **Preterea** illud quod est sensibile in actu habet
 propriam speciem in re sensibili per quam actu potest per-
 cipitur: sed sonus non habet propriam speciem in re sonante: er-
 go non est actu. **Pro declaratione** horum consideran-
 dum est primo quod corpora sonantia sunt in quadruplici dif-
 ferentia: nam quedam sunt secundum actum bene sonantia ut
 campana dum actu pulsatur: quedam vero sunt bene sonan-
 tia secundum potentiam: ut puta de campana que non actu sonat:
 sed tamen habet potentiam bene sonare. **Alia** sunt que non
 sunt bene sonantia nec in actu nec in potentia: apta tamen
 nata esse sonantia: ut patet de lana et similibus. **Alia** sunt que

non sunt apta nata bene sonare. nec sonare aliquo modo ut aer.
Considerandum est secundo quod aliquid dicitur in actu dupliciter:
 uno modo in actu permanente. et isto modo color habet esse in actu.
 Alio modo in esse successivo: et isto modo sonus habet esse in actu. et
 per hoc patet solutio ad primum argumentum. quia illa auctoritas. Illud
 quod fit et c. habet intelligi de permanentibus et non de successi-
 vis: permanentia. nam dum fit non sunt: successiva vero dum sunt sunt
 et dum facta sunt non sunt. **Considerandum** est tertio quod ali-
 quid dicitur esse sensibile in actu dupliciter. Uno modo quia habet
 speciem per quam sentitur extra medium et sensum: ut in re exte-
 riore: et isto modo color odor sapor sunt in actu et non sonus. Alio
 modo quia habet speciem per quam actu sentitur in medio vel organo: et
 isto modo sonus dicitur esse in actu: non enim aliquid speciem soni in capa-
 na sonante: format tamen speciem in aere et in organo auditus: et per
 hoc patet solutio ad secundum. **Secunda conclusio** est tria requiruntur
 ad generationem soni: ut percussio: percussus et medium. **h** conclusio
 probatur tali ratione que elicitur ex dictis philosophice. nam sonus causatur ex fra-
 ctione aeris que fit ex vehementi percussione sed in omni percussioe
 requiritur percussio et percussum: et requiritur etiam tertio ictus percuti-
 entis que non potest fieri sine motu locali: motus vero locali-
 lis non potest fieri sine medio: ergo in generatione soni requiritur
 percutiens percussum et medium: unde philosophus dicit in littera quod so-
 nus est semper alicuius. id est percutientis ad aliquid. id est percussum et
 in aliquo. id est in medio. **Pro** huius conclusionis declara-
 tione est advertendum secundum philosophum quod ad hoc quod predicta faciant
 sonum: presertim bonum quantum ad conditiones requiruntur. quarum
 prima est: quod talia corpora sint dura: secunda est quod sint levia. ter-
 tia est quod sint concava: quarta est quod sint velociter mota: ita quod
 motus percutientis perveniat divisionem aeris. **Contra** pre-
 dictam conclusionem sic arguitur. et primo contra suppositum
 tamen. nam philosophus non determinat hic de generatione soni coloris:
 ergo non habet determinare hic de generatione. **Pro** de-
 terea ad generationem soni requiruntur motus localis et ictus
 vibrantis: ergo non sufficiunt predicta tria. **Ad** primum
 dicendum negando partem quod non est similis ratio de sono et co-
 lore et odore et sapore: nam color odor et sapor et alie qua-
 litates inagibiles (ut dicitur hic doc. san.) habent esse fixum et
 permanentes in suo subiecto: unde est alia ratio illorum sensibili-
 tum secundum se et secundum quod immutat sensum: sed sonus cum causetur a
 motu non habet fixum et quietum in subiecto: sed in quadam
 immutatione consistit. ideo cum philosophus in hoc libro intendat deter-
 minare de sensibilibus sed quod habent immutare sensum: ideo
 simul et semel determinat de immutatione soni et generati-
 one eius. **Ad** secundum dicendum quod ictus percutientis et
 motus localis comprehenduntur sub percutiente et percu-
 so percomitative. **Tertia conclusio**. Aer est proprium me-
 dium soni: aqua vero minus proprium: hec conclusio probatur
 tali ratione. Illud est proprium medium soni quod faci-
 liter rare fit et condensatur: et per quod sonus facillime potest
 diffundere suas species ad organum auditus: sed aer est huius
 modi: ergo etc. **Ex** hac conclusione sequitur quod aer non est
 corpus sonans: quia si esset corpus sonans non susciperet so-
 num: cum intus existens prohibeat extraneum. **Contra**
 hanc conclusionem sic arguitur. Aeris ad sonum nulla est re-
 sistentia: ergo si aer sit proprium medium sequitur quod so-
 nus fiat in instanti. nam ratio quare visio fiat in instanti est:
 quia aeris ad lumen nulla est resistentia: cum aer sit dis-
 positus ultima dispositione ad susceptionem luminis: con-
 sequens est falsum. ergo etc. **Preterea** illud quod est
 subiectum alicuius quantitatis sensibilis non est medium
 eius: sed aer est subiectum soni: ergo aer non est medium
 soni. **Preterea** quantitas sensibilis habet esse inteno-
 nale in suo medio: sed sonus habet esse reale in aere: cum
 nullibi habeat esse nisi in aere: ergo ideoque ut supra. **Ad**
 primum dicendum quod ideoque aeris ad sonum nulla sit resiste-
 tia: quia tamen sonus non potest fieri sine motu locali: ideo
 non oportet quod sonus fiat in instanti: quia contradictionem impli-
 cat motum localem esse in instanti. **Ad** secundum dicendum
 quod sonus est in aere propinquo corpori sonanti su-
 biective in aere vero magis distanti est tanquam in medio in
 quo habet esse intentionale. et per hoc patet solutio ad ter-

Tractatus

num. **Quarta** conclusio in omni sonatione fit repercussio soni a corpore opposito corpori sonanti. hec conclusio probatur tali ratione. In omni illuminatione fit repercussio luminis: sed a fortiori in omni sonatione fit repercussio soni. Sed si arguatur hanc conclusionem: si in omni sonatione esset repercussio soni: sequeretur quod in omni sonatione causaretur sonus ecbon: quod est falsum: et contra omnem experientiam. **Secunda** dicendum quod in omni reuerberatione soni causatur sonus ecbon: sed talis sonus non semper est manifestus. oportet. nam ad hoc quod fiat manifestus ut dicit hic doctor sanctus quod repercussio soni fiat ad corpus concavum in quo natus est multiplicari sonus: si autem fiat talis reuerberatio ad alia corpora que non sunt apta nata multiplicare sonum fiet quidem sonus ecbon sed non manifestus. **Pro** ampliori declaratione huius soni ecbon. considerandum est secundum doctorem sanctum quod cum generatio soni sequatur motum aeris: sic contingit de immutatione aeris apud generationem soni: sicut de immutatione aque cum aliquid in aqua proicitur: manifestum est autem quod sunt quedam regenerations in circuitu aque percussae que circa locum percussiois sunt parvae et motus est fortis: ubi autem sunt maiores regenerations et motus debilior: tandem motus totaliter deficit et regenerations cessant si autem antequam motus cesset regirations ille aliquod obstaculum inuenirent: fit motus et regiratio in contrarium: et tanto vehementius quanto propinquius fuerint prime percussiois: pariformiter intelligendum est quod ad percussiones corporum sonantium: aer in quodam giro mouetur: et sonus diffunditur circulariter et in propinquo ille generationes sunt minores et motus est fortior: in remoto autem girations sunt maiores et motus est debilior. Si autem non deficiant huiusmodi girations: fiat reuerberatio ad aliquod corpus ille regirations reuertuntur in contrarium et audiatur sonus: quasi ex aduerso qui dicitur ecbon.

Sequitur in textu. (Vacuum autem recte dicimus proprium audiendi etc.)

Hec est lectio decima septima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

stud est undecimum capitulum presentis secundi tractatus in quo philosophus determinans de immutatione auditus a sono. ponit tres conditiones que requiruntur ad hoc quod auditus possit immutari a sono. Quae prima est quod ibi sit unitas et continuitas aeris et continuus motus ab aliquo corpore solido et firmo. **Secunda** conditio est quod in organo sit aer itranseus iclasus in quadam pellicula. **Tertia** conditio est quod talis aer sit immobilis. Et his conditionibus eliciuntur tria impedimenta ex opposito per que impeditur talis imutatio. **Primum** quod est quando ille aer in organo corrumpitur. **Secundum** est quando illa pellicula circumdans illum aerem corrumpitur vel leditur. **Tertium** est quando talis aer est mobilis. **Considerandum** est ulterius secundum philosophum in littera quod due sunt differentie soni: videlicet graue et acutum. Sonus. n. acutus est qui in pauco tempore multum mouet auditum. sed sonus grauis est qui in multo tempore parum mouet auditum. Et si dicatur est aliquis sonus moderatus et circumflexus: ergo predictae differentie non bene assignantur. **Dicendum** quod sonus circumflexus et sonus moderatus continentur sub predictis: sicut medij colores sub externis: quia participat aliquid de sono acuto: et de sono graui: ut patet in musica Boetij.

Si dicatur ulterius sonus acutus et sonus grauis sunt species soni: ergo acutum et graue non sunt differentie eius. **Dicendum** quod graue et acutum possunt accipi dupliciter. **Uno** modo formaliter sic sunt differentie soni. **Alio** modo materialiter pro ipso sono qui est acutus vel pro illo sono qui est grauis sic sunt species soni. **Considerandum** ulterius quod acutum et graue non sunt idem quod tardum et velox quia sonus non est idem quod motus: ergo differentie soni non sunt eedem cum differentijs motus: sed acutum et graue sunt differentie soni: ut ex dictis patet: et tardum et velox

Secundus

sunt differentie motus. ergo etc. **Verumtamen** quia sonus causatur a motu: ideo acutum et graue in sono causantur a velocitate et tarditate motus. **Circa** predicta dubitatur primo utrum tam percussor et percussum sint causa actiua soni: et videtur quod non. **Nam** illud quod est causa actiua non est causa passiuua respectu eiusdem: sed corpus percussum est causa passiuua: ergo non videtur quod sit causa actiua soni. **In** contrarium arguitur per philosophum in littera. **Dicendum** quod tam percussor et percussum est causa actiua soni: cuius ratio philosophi est. quia sonus generatur ex fractione aeris: sed corpus percussor est causa actiua huius fractionis. ergo corpus percussor concurrat acriue ad generationem soni. Et quia ad talem fractionem aeris requiritur quod corpus percussum sit durum et firmum: ideo facit illum aerem resilire: ad quam resiliationem corpus percussum concurrat acriue: ideo corpus percussum acriue ad generationem soni concurrat. **Ad** rationem dubij dicendum quod licet corpus percussum passiuue concurrat ad fractionem aeris: acriue tamen concurrat ad predictam resiliationem que ad generationem soni concurrat. **Dubitatur** secundo utrum sonus sit proprium obiectum auditus et videtur quod non. **Nam** nullum sensibile commune est proprium obiectum alicuius sensus: sed sonus est sensibile commune. ergo etc. **Probatio** maioris: quia motus est sensibile commune: sed sonus non est nisi quidam motus aeris (ut hic concedit philosophus) ergo sonus est sensibile commune. **Preterea** illud quod immutat auditum est obiectum auditus: sed corpus percussor siue sonans immutat auditum: ergo corpus percussor siue sonans est obiectum auditus: et per consequens non sonus. cum tamen vnus potentie sit vnus obiectum. **Dicendum** quod sonus est proprium et per se obiectum auditus: quod sic patet: nam illud est proprium et per se obiectum alicuius potentie sub cuius ratione formali omnia sensibilia illius potentie apprehenduntur ab illa potentia: sed sonus est huiusmodi. ergo etc. **Ad** primam rationem dubij dicendum quod sonus non est motus essentialiter sed effectiue solum: quia causatur a motu et consequitur ipsius. **Ad** secundum dicendum quod corpus sonans immutat per accidens auditum et non per se: unde ratio nulla.

Sequitur in textu. (Vox autem est sonus quidam animati etc.)

Hic incipit lectio decima octaua eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

stud est duodecimum capitulum predicti tractatus in quo philosophus determinando de quadam specie soni: videlicet de voce: ponit vnam conclusionem: videlicet quod vox est repercussio aeris respirati ab anima secundum imaginationem que est in his partibus ad arteriam vocalem. **Hec** conclusio probatur quantum ad singulas partes: et primo quod vox fit reuerberatio aeris. **Nam** ois sonus est reuerberatio aeris. i. ex reuerberatione aeris causatur: sed ois vox est sonus: ergo ois vox est ex reuerberatione aeris. **Quod** autem vox fit reuerberatio aeris respirati: probatur per philosophum duobus signis quorum primum est. **Nam** non potest formare vocem nisi aspirando vel respirando nisi retineat aerem: ergo si gnum est quod vox est reuerberatio aeris respirati. **Secundum** signum est. quia animalia non respirantia non possunt formare vocem. ergo etc. **Quod** autem vox sit reuerberatio aeris respirati ab anima ad arteriam vocalem patet. **Nam** sicut in sono ita in voce reperitur corpus percussum: sed vocalis arteria videtur corpus percussum in generatione vocis. ergo etc. **Ex** hac conclusione inferitur quod inanimata non possunt formare vocem. **Inferitur** secundo quod animalia non respirantia non possunt formare vocem. et per hoc pisces non possunt formare vocem. **Inferitur** tertio quod animalia carnea sanguine non possunt etiam formare vocem. **Considerandum** est secundum philosophum in littera. **Primo** quod aer respiratus est medium vocis: cuius respirationis organum est vocalis

Tractatus

arteria que est quedā vena pcedēs a pulmone ad gutt.
Contra p̄dictā p̄clusionē sic arguit̄ breuiter. **C** Res
uerberatio est qdā motus: sed vox non est motus: ḡ vox
nō est reuerberatio aeris. **C** Preterea si vox eēt reuer
beratio aeris ab aia: sequeret̄ q̄ infra musicalia nō for
marēt vocē: p̄ns ē falsū: ḡ cōem modum loquēdi. er
go rē. **C** Preterea respiratio est nālis aialium: ḡ si vox
eēt reuerberatio aeris respirati sequeret̄ q̄ quelibet vox
effet nālis significatiua naturaliter. **C** Ad primū dicen
dum q̄ dū dī vox est reuerberatio aeris est p̄dicatio cās
lis ḡ nō essentialis. **C** Ad 2^m dicendū q̄ infra musicalia
ḡ alia inaiata dicunt̄ formare vocē silitudinarie: tuz pri
mo pp̄ p̄tinitatem soni. tum sc̄do pp̄ p̄sonantias: tū ter
tio pp̄ interemptionē: nō tñ dicunt̄ formare vocē pp̄rie
C Ad 3^m dicendū q̄ lz formare vocē in cōi sit nāle aiali
p̄ditiōib̄ p̄dictis reseruat̄: tñ formare banc vel illā vo
cē nō est nāle aiali: vñ nō o3 q̄ qlibet vox sit nālis aiali.
C Sequit̄ in textu. (De odore autē ḡ olfatu minus bñ
determinabile rē. **C** Hec est lectio decimanona eius
dem libri: ḡ in commento sancti Thome.

stud est 13. ca. hui⁹ tractat⁹ i quo p̄b̄s
determinās de obo olfat⁹. s.
de odore ponit duas p̄clusiones. q̄z prima ē
q̄ nos b̄minus peiorē olfatū ceteris aialibus.
hec p̄clusio p̄bat̄ tali rōne p̄bi. nam infim̄ sensus d3 eē
pp̄portionatū sensibili suo sed sensibile olfat⁹. s. odor cau
satur ex calido ḡ sicco: ergo infim̄ siue organū olfatus
d3 esse p̄positū ex talib⁹. s. ex calido ḡ sicco: sed cerebruz
nostrū i quo p̄sistit infim̄ olfat⁹ p̄az b3 de calido ḡ sic
co: ḡ sup̄abundat i humido ḡ frigido: cū inter cetera aia
lia b̄amus mai⁹ cerebr⁹: ergo iter cetera aialia p̄ maior
ri parte b̄amus peiorē olfatū. Ex quo iserf̄ fm̄ p̄b̄m q̄
difficile ē determinare de odorabili ḡ sp̄ebus ei⁹. Et ar
guit̄. bō est p̄fectissimum aialium: ergo b3 p̄fectissimas
operationes: ḡ p̄ p̄ns p̄fectissima infra. **C** Dicendū
inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum ponit duas conclusiones. Quarum prima est quod preter quosque sensus exteriores necesse est ponere unum sensum commune ad discernendum inter sensibilia diuersorum sensuum et hec conclusio probatur tali ratione. Nam nos percipimus differentias et convenientiam sensibilium diuersorum sensuum inquantum sensibilia sunt: sed cognoscere sensibilia inquantum sensibilia sunt pertinet ad sensum: ergo percipere ad differentias diuersorum sensibilium inquantum huiusmodi pertinet ad sensum: non autem ad sensum particularem: ergo pertinet ad sensum communem. Quod autem discernere inter sensibilia diuersorum sensuum non pertineat ad sensum particularem exteriorem, patet, quia vel pertinet ad unum sensum vel ad diuersos, non primum quia ille sensus qui cognoscit differentiam diuersorum sensuum sicut visus non cognoscit colorem et sonum per se loquendo: ergo discernere inter sensibilia diuersorum sensuum non pertinet ad unum sensum particularem: nec potest dici secundum quia unus homo cognoscit differentias sensibilium diuersorum: ergo est una potentia qua illa diuersa sensibilia cognoscuntur. Contra predictam conclusionem sic arguitur, nam discernere inter sensibilia diuersorum sensuum philosophus attribuit tactui: ergo ad discernendum predicta sensibilia non est necesse ponere sensum communem. Preterea sensus particularis discernit inter diuersa sensibilia: ut puta visus inter albedinem et nigredinem: et sonus inter acutum et graue: ergo idem ut supra. Preterea omnia sensibilia debite cognoscuntur per quinque sensus exteriores ergo non est necesse ponere sensum communem. Preterea intellectus determinatam differentiam cognoscit inter sensibilia et diuersorum sensuum: ergo non est necesse ponere aliquem sensum preter quinque sensus exteriores qui cognoscit differentiam inter sensibilia diuersorum sensuum particularium. Preterea illa potentia que discernit diuersa: componit et diuidit: sed componere et diuidere pertinet ad intellectum et non ad sensum, ergo etc. Ad primum dicendum quod philosophus attribuit tactui discernere inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum non principaliter: sed participative inquantum videlicet tactus est propinquior sensui communi ceteris sensibus. Ad secundum dicendum quod unus sensus exterior discernit inter diuersa sensibilia sui proprii obiecti ut voluit argumentum tamen unus proprius sensus non discernit inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum: sicut visus non ponit differentiam inter colorem et sonum. Ad tertium dicendum quod licet omnia sensibilia cognoscantur a sensibilibus exterioribus quantum ad esse non tamen cognoscuntur quantum ad differentiam et convenientiam eorum nisi a sensu communi. Ad quartum dicendum quod intellectus cognoscit differentiam diuersorum sensuum quantum ad quid est non inquantum sensibilia sunt: sed hoc pertinet ad sensum communem ut dictum est. Ad quintum dicendum quod percipere differentiam et convenientiam colorum potest intelligi dupliciter. Uno modo affirmando vel negando et qui isto modo percipit differentiam et convenientiam: diuidit et componit. Alio modo cognoscendo terminum: et isto modo non oportet quod ille qui cognoscit differentiam colorum componat et diuidat. Secunda conclusio. Sensus communis ponens differentiam inter sensibilia diuersorum sensuum simul cognoscit diuersa sensibilia et conclusio probatur tali ratione. Nam nullus potest ponere differentiam inter aliqua nisi cognoscat illa que differunt dum eorum differentiam percipit: sed sensus communis percipit differentiam diuersorum sensuum ut patet per precedentem conclusionem: ergo sequitur quod simul cognoscit illa diuersa sensibilia. Contra hanc conclusionem arguitur sic tali ratione philosophi. Nam impossibile est idem moueri diuersis motibus simul: sed sensus in cognoscendo mouetur (cum sentire sit quoddam pati) et sensibilia diuersorum sensuum sunt contraria: ergo

sequitur quod impossibile est quod sensus communis simul cognoscat diuersa sensibilia. Ad hoc respondet aliqui dicentes quod idem subiecto diuersum tamen ratione potest moueri motibus contrariis sensus autem communis licet sit idem subiecto est tamen plures secundum rationem: igitur potest moueri diuersis motibus. Sed hanc responsionem remouet philosophus. Nam licet idem subiecto: diuersum tamen ratione contrarii motibus possit moueri in potentia: non tamen in actu. Ideo aliter dicendum est secundum philosophum quod sensus communis se habet ut punctus qui est centrum circuli: qui quidem punctus consideratur ut unum: et ut duo: ut unum inquantum ab eo procedunt omnes linee ad circumferentiam ut duo vero inquantum est principium unius linee et finis alterius. Similiter sensus communis est unus et duo, unus inquantum est radix omnium sensuum exteriorum: inquantum a sensu communi procedunt virtutes sensitivae ad organa exteriora. Et consideratur ut duo: inquantum immutatur secundum diuersas immutationes sensuum exteriorum, unde non est inconueniens quod moueatur simul motibus contrariis inquantum est principium immutationum predictarum. Circa predicta dubitatur primo utrum sensus exterior sit perfectior sensu communi, et videtur quod sic. Nam mouens est nobilius et prestantius moto: sed sensus exterior mouet sensum commune ut patet ex dictis: ergo sensus exterior est perfectior. Dicendum secundum philosophum quod sensus communis simpliciter est perfectior: tunc primo quia immaterialiter suscipit species sensibiles: tum secundo quia est radix et fundamentum omnium sensuum exteriorum: sensus vero exterior dicitur perfectior secundum quid et quantum ad aliquid inquantum valet habere mouere sensum commune non tamen est perfectior simpliciter: et per hoc patet solutio ad rationem dubii. Dubitatur secundo utrum preter sensum communem et sensus exteriores sint ponendi alii sensus interiores. Et videtur quod non. Nam commune non distinguitur contra proprium: sed sensus exteriores dicuntur sensus proprii: ergo preter sensus exteriores est ponendus sensus communis ab eis distinctus. Preterea phantasticum et memoratiuum dicuntur passionem primi sensitivi valet sensus communis sed passio non diuiditur contra proprium subiectum: ergo preter sensum communem non est ponenda memoria et phantasia. Dicendum quod preter sensus exteriores ponuntur quattuor sensus interiores qui sunt sensus communis vis imaginativa (que dicitur phantasia in brutis) et estimativa (que dicitur vis cogitativa: vel ratio particularum in homine) et memoria. Quorum sic potest formari sufficientia, nam sensus est perceptiuus sensibilibus: aut ergo est perceptiuus specierum sensatarum aut intentionum que non percipiuntur a sensu exteriori. Si primum hoc est dupliciter: aut talis sensus ordinatur ad accipiendum illas species: sic est sensus communis: vel ad retinendum et conseruandum eas: sic est vis imaginativa: que dicitur thesaurus specierum sensatarum. Si secundum hoc est dupliciter vel ordinatur ad recipiendum tales intentiones sic est estimativa in brutis (et cogitativa sine ratio particularis in hominibus) vel ordinatur ad retinendum et conseruandum illas intentiones sic est memoria sensitiva. Et licet accipere et retinere in spiritualibus non pertineant ad diuersas potentias: tamen in corporalibus ad aliam potentiam pertinet recipere et aliam retinere: videmus enim quod illa que bene recipiunt: male retinent: et illa que male recipiunt bene retinent. Ad primum dicendum quod licet commune per predicationem non distinguitur contra proprium: commune tamen per cognoscibilitatem et causalitatem distinguitur contra proprium ut in proposito. Ad secundum dicendum quod memoria et phantasia dicuntur passionem primi sensitivi non tanquam subiecti, sed tanquam cause inquantum una potentia fuit ab anima mo-

Tractatus

dianae alia: ut supra declaratum est.

¶ Sequitur in textu. (Quia autem duabus differentiis etc.)

¶ Hic est secundus tractatus huius tertii libri de anima: et est lectio quinta eiusdem libri: in commento sancti Thomae.

¶ **Stud** est secundus tractatus huius tertii in quo philosophus ostendit intellectum non esse idem cum sensu: et continet tria capitula. In primo capitulo philosophus ostendit quod intelligere et sapere non sunt idem cum sapere et sentire: et quod opinio

et phantasia non sunt idem. In secundo capitulo ostendit quod phantasia non est aliqua potentia vel habitus quibus discernit aliquid esse verum vel falsum: ibi. (de eo quod est). In tertio capitulo ostendit quid est phantasia. ibi. (quoniam est motus). In primo capitulo ponuntur due conclusiones. Quarum prima est. **¶** Sapere et intelligere non sunt idem cum sentire. **¶** Prima pars huius conclusionis. scilicet quod sentire non fit idem quod sapere: probatur una ratione philosophi que talis est. Sentire competit omnibus animalibus: sapere vero paucis: ergo sapere et sentire non sunt idem. Secunda pars eiusdem conclusionis. scilicet quod intelligere non fit idem quod sentire probatur duabus rationibus. Quarum prima est. **¶** Contingit recte et non recte intellegere: recte quidem per veram scientiam et per veram prudentiam et veram opinionem. non recte autem per contrarium. scilicet per falsam scientiam et per falsam opinionem. Sed non contingit sentire non recte sed solum recte: quia sensus circa proprium sensibile non decipit: ergo intelligere et sentire non sunt idem. Secunda ratio. Sentire competit omnibus animalibus: intelligere vero soli rationali creature: ergo idem ut supra. **¶** Contra predictam conclusionem arguitur primo sic rationibus antiquorum oppositam partem tenentium. nam virtus corporalis non potest agere in rem incorpoream cum semper agens sit nobilior et alius passio: sed virtus celestis agit in virtutem intellectualem: ergo virtus intellectiva est virtus corporalis et per consequens intelligere est quoddam corporeum: et sic intelligere est idem cum sentire: quia quando ab aliquibus remouetur id per quod differunt tunc remanent idem: sed intelligere differt a sentire per hoc quod intelligere est quoddam incorporeum: ergo si remoueat incorporeum ab intelligere: relinquitur quod intelligere erit quoddam sentire. **¶** Preterea omnis apprehensio seu cognitio fit ratione si similitudinis: sed intellectus cognoscit res corporeas: ergo intellectus etiam est corporeus et per consequens idem ut supra. **¶** Preterea arguitur contra probationes. nam prudentia est in animalibus rationalibus ex probemio metaphysice: sed sapere pertinet ad prudentiam: ergo videtur quod sapere non competit paucis: sed multis animalibus. **¶** Preterea sicut sensus non decipit circa proprium sensibile: ita intellectus non decipit circa proprium intelligibile: ergo si non contingeret non recte sentire non contingit non recte intellegere. **¶** Ad primum dicendum quod virtus celestis non agit in virtutem intellectualem per se sed solum per accidens: ideo ratio non sequitur. **¶** Ad secundum dicendum quod non omnimoda similitudo requiritur ad cognitionem sed sufficit similitudo proportionis que est inter actum et potentiam: unde non oportet quod si res sit corporea quod propter hoc sit etiam intellectus corporeus. **¶** Ad tertium dicendum quod prudentia competit alicui dupliciter similiter et sapere. Uno modo essentialiter: sic solum competit rationali creature. Alio modo participative: sic competit animalibus quibusdam brutis in quantum per naturalem estimationem provident de futuris: ut patet de formicis. **¶** Ad quartum dicendum quod intellectus quantum ad primam eius operationem non decipiat per se circa proprium intelligibile: tamen quantum ad eius secundam operationem potest decipi false videlicet diuidendo vel componendo. **¶** Secunda conclusio. opinio non est eadem cum phantasia. **¶** conclusio probatur tribus rationibus philosophi. Quarum prima est. **¶** Opinio sequitur intellectum: phantasia sensum: sed

Tertius

sensus et intellectus non sunt idem: ergo opinio et phantasia non sunt idem. Secunda ratio. phantasticare est in potestate nostra: sed opinari non est in potestate nostra: sed requiritur ratio per quam opinamur verum vel falsum. ergo etc. **¶** Preterea ex opinione sequitur immediate passio in appetitu: sed ex phantasia non sequitur immediate passio in appetitu: ergo opinio et phantasia non sunt idem. **¶** Et si dicatur non possumus opinari nisi phantasticando: ergo opinio et phantasia sunt idem. **¶** Dicendum negando prius: quia sicut nos non possumus intelligere nisi sentiendo: et tamen intellectus non est idem cum sensu: ita licet non possumus opinari sine phantasia: tamen non sequitur quod opinio sit idem cum phantasia.

¶ Sequitur. (De eo autem.) Hic est lectio quinta eiusdem libri: et in commento sancti Thomae.

¶ **Stud** est secundum capitulum secundi tractatus in quo philosophus determinando de phantasia per respectum ad alias potentias cognoscitivas ponit tres conclusiones inferendo unum cor

relatum. Quarum prima est quod phantasia non est sensus in actu nec sensus in potentia. **¶** Hanc conclusionem probat philosophus in primo in generali tali ratione: quia dormiens phantasticat non sine sensum in potentia. quia sensui in potentia nihil apparet neque sine sensum in actu: quia in somno non est sensus in actu. **¶** Hoc probatur philosophus eadem conclusionem in speciali. et primo quod non fit sensus in potentia una ratione. Nam sensus in potentia semper inest animali: sed phantasia non semper convenit animali: ergo phantasia non est sensus in potentia. deinde probatur eandem conclusionem quantum ad secundam partem videlicet quod phantasia non est sensus in actu quantum ad rationibus. Quarum prima est. **¶** Sensus in actu competit omnibus animalibus: sed phantasia non competit omnibus animalibus: ut puta formicis et ceteris animalibus imperfectis. ergo etc. **¶** Et si dicatur contra. Licet inest sensus eidem inest phantasia ut supra in secundo concessum est: ergo sicut sensus competit omnibus animalibus ita et phantasia. **¶** Dicendum quod duplex est phantasia. Quedam est determinata que habet determinatum organum: et talis non inest omnibus animalibus. Alia est phantasia indeterminata et imperfecta: et talis bene competit omnibus animalibus: de qua non est hic ad propositum. **¶** Secunda ratio. Sensus sine actu per se semper est verus. sed visiones phantastice non semper sunt vere. **¶** Tertia ratio. Per sensum certitudinaliter iudicamus de re: sed per phantasia non certitudinaliter iudicamus dicendo hoc est hoc sed dicimus quod hoc apparet nobis hoc: ergo etc. **¶** Quarta ratio phantasia inest dormientibus: ut dictum est: sed sensus non competit dormientibus in actu: ergo phantasia non est sensus in actu. Et si arguatur contra ista: phantasia est quedam potentia: vel ergo est potentia sensitiva vel intellectiva vel vegetativa vel appetitiva vel motiva sine locum: sed manifestum est quod phantasia non est intellectus nec potentia vegetativa nec motiva sine locum nec appetitiva: ergo est sensitiva. Dicendum quod sensus potest accipi dupliciter. Uno modo ut se extendit ad omnes sensus interiores et exteriores: et isto modo bene phantasia pertinet ad sensum cum sit sensus interior ut supra dictum est. Alio modo accipitur proprie videlicet pro potentia qua anima aliquid apprehendit determinate cum quadam determinatione: et isto modo phantasia non est sensus. **¶** Secunda conclusio phantasia non est intellectus nec scientia. hec conclusio probatur una ratione philosophi. Nam intellectus est primorum principiorum verorum: scientia est habitus per demonstrationem acquisitus que semper verus: sed phantasia non est semper verorum: ergo phantasia non est intellectus neque scientia. **¶** Secunda conclusio: phantasia non est opinio: **¶** conclusio probatur duabus rationibus philosophi. **¶** Quarum prima est. Ad opinionem sequitur fides: sed fides non est in animalibus brutis: ergo nec opinio: sed phantasia est in animalibus brutis quibusdam: ergo phantasia non est opinio. **¶** Secunda ratio. Ad opinionem (ut dictum est) sequitur fides ad fidem sequitur persuasio: ad persuasio

nem sequitur ratio: ergo opinio inuenitur solum in illis in quibus inuenitur ratio: sed phantasia non solum reperitur in animalibus: ergo idem ut supra. **Ex** predictis inferitur per se unum correlarium: videlicet quod phantasia non est quid compositum ex sensu et opinione.

Sequitur in textu. (Quonia autem audit et c.) **Hec** est lectio sexta huius tertii libri: et in summo sancti Thomae.

Stud est ultimum capitulum huius tractatus in quo per se determinando de phantasia quod dicitur potest vna conclusio dicitur ratum videlicet phantasia est quodam motus factus a sensu secundum actum. hanc conclusio probatur tali ratione. **Ita** ab eo quod est motus contingit aliud moueri cum aliquo aliud sit mouens et motus: ut patet in viii. philosophia. sed sensus mouetur a sensu. ergo a sensu secundum actum potest fieri motus: talis autem motus est phantasia. ergo phantasia est motus factus a sensu secundum actum. **Considerandum** est hic per se per se quod phantasia est aliquo falso. Quia ratio est: quod sensus est circa proprium sensibile ut in paucioribus de cipiatur: tamen circa sensibilia per accidens decipitur: non ut in paucioribus: sed ut sepe et magis circa sensibilia communia: ergo a fortiori phantasia circa phantasmatum decipitur: cum magis recedat a radice virtutis cognoscitive. **Considerandum** est per se eundem quod per se grece est lux latine a quo phanos venit. id est apparitio siue illuminatio a quo ulterius derivatur phantasia. **Sequitur** in textu. (De parte autem anime qua sapit et intelligit et c.) **Hic** est tertius tractatus huius tertii libri: et est lectio septima commentarii sancti Thomae.

Ste est tertius tractatus huius libri in quo per se determinat de parte intellectiva: et continet in se sex capitula. **In** primo capitulo per se determinat de intellectu possibili secundum se. **In** secundo ostendendo quomodo intellectus possibilis reducitur in actu deteriorat de obiecto eius. **Ibi.** (Cum autem sic singula fiat.) **In** tertio monet quasdam dubitationes circa preceptionem et soluit eas. **Ibi.** (Dubitabit autem utique aliquis.) **In** quarto capitulo determinat de intellectu agente et intellectu in actu. **Ibi.** (Quonia autem in omni natura.) **In** quinto determinat de operationibus intellectus possibilis. **Ibi.** (Indivisibilis quodammodo igitur.) **In** sexto capitulo determinat de intellectu per respectum ad sensum. **Ibi.** (Videtur autem sensibile.) **In** primo capitulo ponitur vna conclusio que talis est: quod intellectus possibilis est potentia passiva. hanc conclusio probatur tali ratione per se. **Ita** sicut se habet sensus ad sensibile: ita se habet intellectus ad intelligibile: sed sensus est potentia passiva et sentire quodammodo pati (ut ex supradictis patet) ergo intellectus possibilis est potentia passiva accipiendo videlicet pati pro quocumque recipere. **Ex** hac conclusione inferitur per se duo correlaria. Quorum primum est quod intellectus non est compositus ex naturis diversarum rerum naturalium ut antiqui voluerunt. Quia ratio est. **Ita** illud quod est in potentia ad aliquid et est receptivum illius caret illo: sed intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia et est receptivus illorum: ergo non est compositus actu ex illis. **Secundum** correlarium est quod intellectus non est affixus organo corporali: quod si esset affixus organo corporali: esset compositus ex naturis corporaliibus: quod actus alicuius potentie organice: non solum attribuitur ipsi potentie: sed et toti composito ex potentia et organo. **Pro** declaratione huius conclusionis considerandum est secundum per se diversimode sensus dicitur potentia passiva et intellectus ipse. **Nam** sensus est non patitur passione proprie dicta: patitur tamen per accidens ratione organice: sed intellectus neque per se neque per accidens potest pati passione proprie dicta: cum non sit affixus organo corporali. **Et** si dicitur ad intellectum requiritur cognitio sensitiva: ergo intellectus potest pati per accidens: videlicet ad passionem organorum sensuum que patitur passione proprie dicta. **Quod** dicitur quod aliquid potest competere alicui per accidens dupliciter. Uno modo quod aliquid coniungitur ei per se: et isto modo intellectus potest pati passione proprie dicta per accidens ratione organice et non ratione intellectus. Alio modo aliquid competit alicui per

accidens videlicet ratione alicuius extrinseci: et alio modo possumus concedere quod etiam patitur passione proprie dicta. **Contra** predictam conclusionem sic arguitur. **Ita** intellectus est ipsa mens: sed secundum Augustinum non de trinitate: non relative dicitur: sed ipsam essentiam demonstrat: ergo intellectus est ipsa essentia anime et non potentia eius: et per se non est potentia passiva. **Preterea** homo convenit cum angelis in natura intellectuali. Sed angelus dicitur intellectualis et mens: ergo et homo sic idem ut supra. **Preterea** unumquodque patitur per materiam: sed intellectus non est potentia materialis ut concessum est: ergo intellectus non patitur. **Preterea** quicquid dicitur passibile est corruptibile: ut concedit per se in isto tertio et est in primo de celo: sed intellectus non est corruptibilis: ergo non est passibilis. **Preterea** agens est prestatius passivo: sed potentia vegetativa que est inferior potentia intellectiva est potentia activa: ergo a fortiori potentia intellectiva erit potentia activa. **Ad** primum dicitur quod intellectus accipit quatuor modis. aliquo accipit per essentiam anime: ut in auctoritate Augustini adducta. Aliquo accipit pro potentia intellectiva: ut in proposito. Aliquo accipit pro habitu cum dicitur quod intellectus est habitus principiorum. Aliquo vero sumitur per operationem ipsius intellectus: unde argumentum laborat in equoco. **Ad** secundum dicitur quod angelus non dicitur intellectus essentialiter: sed solum de intellectu et voluntas ad denotandum quod in eo non sunt nisi ille due potentie: et ideo appropriative angelus dicitur intellectus non autem essentialiter. **Ad** tertium dicitur quod pati accipit tripliciter: primum videlicet per receptionem alicuius forme cum ablatione alterius quod convenit secundum naturam: vel aliquid ad quod habet naturam inclinationem. et isto modo intelligere non est quoddam pati: et isto modo quod infirmatur patitur. Alio modo dicitur pati minus proprie videlicet per receptionem alicuius cum ablatione alterius: siue illud alterum sit naturale siue per naturam: et illo modo quod sanat dicitur pati: quod ab eo remouetur infirmitas. Tertio modo dicitur pati commixtione: videlicet pro quacumque receptione alicuius siue talis receptio fiat cum ablatione alterius siue non. **Et** isto modo intelligere est quoddam pati: et potentia intellectiva dicitur potentia passiva. Argumentum autem procedebat de passione quatuor ad primum vel secundum eius modum: et per hoc patet solutio ad quartum. **Ad** quintum dicitur quod respectu eiusdem obiecti agens est nobilior passivo: non autem referantur ad diversa. **Intellectus** autem est vis passiva respectu totius entis velis vegetativum autem est actiuum respectu eiusdem entis particularis. scilicet corporis coniuncti. unde nihil prohibet tale passivum esse nobilioribus modis actiuo. **Circa** predicta dubitatur utrum intellectus possibilis sit substantia separata et videtur quod sic. **Nam** substantia immaterialis dicitur substantia separata cum quilibet talis sit per se subsistens. sed intellectus possibilis est immaterialis: ergo est substantia separata. **Dicendum** est secundum hoc. sancti in presenti lectione quod intellectus esse substantiam separata est impossibile: quod probatur tali ratione. **Nam** hic homo intelligit: ergo intelligit aliquo formaliter: sed non intelligit aliquo formaliter nisi ipso intellectu: sed illud quo aliquid operatur non est separatum ab eo: ergo intellectus possibilis non est separatus ab homine: vel oportebit dicere quod homo non intelligit aliquo formaliter. **Sed** forsitan diceretur ad hoc quod intellectus sit separatus ab homine: unde tamen ipsi mediante specie intelligibili. **Sed** hec solutio non evadit rationem predictam: quod dato quod intellectus possibilis uniat hominem per speciem intelligibilem: non tamen sequitur quod homo per illam speciem intelligibilem intelligat. sed magis quod ille intellectus est qui intelligit et illud quod uniat anime per speciem intelligibilem est quoddam intellectum. unde adhuc ratio est assignanda pro quod hic homo formaliter intelligat. **Ad** rationem dubii dicendum quod tripliciter aliquid potest dici immateriale. Uno modo obiective: et illo modo intellectus non est immaterialis. alio modo organice et instrumentaliter: et isto modo est immaterialis. Tertio modo secundum esse videlicet quod non existat in materia nec in qua nec ex qua: et isto modo intellectus dicitur materialis et non immaterialis. **Sed** vero separate sunt immateriales. tertio modo. unde non oportet quod intellectus sit separatus ab homine: ergo et ipse intellectus erit in homine.

Tractatus

Sequitur in textu. (Cum autē sic singula &c.) Hec lectio octava eiusdē libri: & in cōmento sancti Thomae:

Stud est scdm caplm huius tertii tractatus in quo pbs determinādo d' obō intellectus possibilis ponit vnā p'clonē que est talis. **C** Singularia nō intelliguntur di recte: sed reflexe: hec p'clonē probat tali rōne. Nam intellectus primo & per se intelligit naturam & quidditatē rei vt hic supponit: sed in oibus materialibus ipsum qd est: est ab eo cuius est. nā aliud est magnitudo & magnitudinis esse & aqua & aque esse: ergo sequit' qd quidditas & illud cuius est quidditas. s. singulare cognoscunt' diuersis potentiis vel ab eadem diuersimode. Cum ergo intellectus primo & per se & directe quidditatē cognoscat: necesse est dicere qd intellectus non cognoscat singularia primo & per se & directe: sed alia potentia videlicet sensus. Quod antez singularia possint indirecte & reflexe intelligi. probat sic extra litteram: qz illa potētia que comparat vnum alteri cognoscat comparabilia: qz ordinare sine comparare nescit: qui rōnes comparabiliz ignorat. Sed intellectus cōparat vltē ad singulare: ergo cognoscat vtrunqz. **C** Confirmatur: qz nullus pōt cognoscere differentia aliquorū nisi cognoscat extrema: sed intellectus ponit differentia inter vniuersale & singulare: ergo idem vt supra. **C** Ex hac conclusione inferit' fm p'bm qd quidditas rei materialis est proprium & per se obiectum intellectus. Hoc est correlarium patet tali rōne. Nam intellectus primo & per se intelligit quidditatē nō autē quidditatē separatā vt voluerūt platonici: ergo intelligit quidditatē existentem in rebus materialibus: sed illud quidd' primo & p se intelligit ab aliqua potentia est obm eius: ergo relinquit' qd quidditas rei materialis est obm intellectus nostri. **C** Et si queratur quō intellectus exit de potentia ad actum intelligēdo obm illud. Dicendū s'z p'bm qd intellectus h'ns habitū scientie reducitur ad actum dum vult qz h'z spēs intelligibiles apud se qd est p'ra auicēna. Sed dum intellectus nondum h'z scientia: nō reducitur ad actū dum vult: sed querit' virtus docentis siue intrinseci (vt ipse intellectus agētis) siue extrinseci (vt ipse magistri). **C** Contra predictā conclusionem sic arguitur probando qd singularia intelligunt' rationibus antiquorū p'horū illam partem tenentium. **C** Nam actio & passio sunt singulariū & suppositoū: vt p'z in probemio metaphysice: ergo vltē nō est id quod intelligit' sed singulare. **C** Preterea quidditas siue natura rei que est id quod intelligit' est res significata extra aiām. ergo est res singularis: sic idem vt supra. **C** Preterea illa potentia que p se fert' ad aliquod obm etiā per se fert' in quālibet parte s'biuam eius s'z nō primo (sicut visus qd p se primo) fert' in colorem: etiā per se fert' in albedinē & nigredinē: s'z non primo sed singularia sunt partes s'biue vltis: ergo si p se intelligunt'. sequit' quod singularia per se intelligunt'. **C** Preterea arguit' probando qd singularia nullo modo intelligunt'. Nam vltē est dum intelligit': singulare vt ro dum sentit': vt p'z in hoc tertio: ergo singulare non intelligitur. **C** Preterea sicut se habet sensus ad sensibile: ita intellectus ad intelligibile: ergo per locum a transmūtata proportione sicut se h'z intelligibile (vt puta vniuersale) ad sensum: ita se habet sensibile (vt puta singulare) ad intellectum. Sed vltē non sentitur. ergo singulare nō intelligitur. **C** Preterea arguit' contra maiorem probationis: probando qd quidditas: & illud cuius est in materialibus non distinguantur realiter. Nam idem est caro & carnis esse: vt hic dicit philosophus: sed caro pertinet ad res nimis materiales: ergo in materialibus idē est quid est & illud cuius ē. **C** Preterea diffinitio & diffinitum sunt idēz essentialiter: ergo quod quid est quod est signatum diffinitionis est idem cu' eo cuius est quod est ipsum diffinitum. **C** Preterea quando aliquid predicatur de alia predicatione essentiali in primo modo dicendi per se illud predicatum non diuidit' realiter a tali

Tertius

subiecto: sed natura siue quidditas concretive designata predicat' in primo modo dicendi per se dicendo fortes est homo: & fortes est animal metaphysice loquendo: ergo fortes & hō sunt idem realit': & per d'ns natura & suppositū. **C** Preterea arguit' contra correlariū probando qd quidditas rei m'alis nō sit obm intellectus nostri. Nam illud est obm alicuius potentie qd p'io apprehendit' ab illa potētia: sed ens inter p'dicamēta oia primo intelligit' ab intellectu vt dicit auicēna in primo siue metaphysice: ergo ens erit obm intell's nostri & nō quidditas. Si dicatur qd ens est primū obm intellectus adequatū nō antez propriū. **C** Contra. Idem est primū & adequatū primo posteriorū: ergo si ens esset primū obm intell's erit obm adequatū & p' d'ns p'priū. **C** Preterea nihil apprehendit' ab aliqua potētia nisi qd cōtinet' sub illius potētie obiecto: s'z m'lia apprehēdunt' ab intellu qd nō cadunt sub quidditate rei m'alis: vt sunt s'be separte. ergo &c. **C** Preterea illud est obm intell's sub cuius rōne oia intelliguntur: sed deus est h'mōi cū nihil sit intelligibile qd nō participet aliquid ab eo: ergo idē vt supra. **C** Ad primū dicendū qd duplex est actio. Quedā est actio corporalis. Alia est actio spiritualis. verum est qd actio & passio corporalis sunt suppositoū. actio in spiritualis nō semper ē suppositoū: obiectū autē intell's nō agit in intellectu actioe corporali. ideo rō nō sequit'. **C** Ad scdm dicendū qd natura siue quidditas rei materialis: fm qd est in re materiali significata intelligit' sine cōditionibus singulariū per primā operationem intell's. vnde nō o'z qd singulare sit illud qd primo intelligit': nec pp hoc intellectus est falsus (vt dicit doc. san). qz illa qd sunt cōiuncta fm esse: pnt separatim intelligi p primā operationē intellectus nō autē p se cū dā. **C** Et si arguat'. Illud a quo aliquid abstrahit' ab intellectu prius intelligit': sed a phātasmatibus & singularibus abstrahit' species intelligibilis: ergo singulare prius intelligit'. **C** Dicendū qd dupl'r cōtingit abstrahere. vno modo positue. alio modo priuatiue. Intellectus. n. dum abstrahit vltē a particulari abstrahit priuatiue: nihil. n. aliud ē intellectu abstrahere vltē a singulare qd intelligere vniuersale nō intelligendo singulare: vt infra patebit. **C** Ad tertium d' d'm qd dulces sunt ptes subiective alicuius totius vltis. Nam quedā sunt ptes subiective qd nō includūt aliquid reale: secūsa quacūqz opatione intellectus qd nō includat ipsum totū: & tales ptes ab eadē potētia intelliguntur: sicut & totū s'z nō primo vt voluit argumentū. Alie sunt ptes que includūt aliquid realiter qd est extra essentia totius et secūsa quacūqz opatione intellectus: sed nō op'z qd iste apprehendant' ab illa potentia p se a qua totū intelligit'. Cū igit' singularia aliquid includāt realiter: qd nō includit natura vltis: nō o'z qd singularia p se intelligant' ab intellectu: s'z ab eo intelligant' p se vltia. **C** Ad quartū & quintū dicendū qd procedūt de intellectu directā nō autē reflexa: **C** Ad sextū dicendū qd qz s'be separte sunt nobis imānifeste. pbs de eis exemplificat p exemplū naturale per carnē & carnis eē. vñ ipse dat intelligere qd illud exēplū in s'biis separtis idē est qd quid est: & illud cuius est. **C** Ad septimū d' d'm qd qd quid est pōt ad duo comparari tanqz ad illud cuius est. Vno modo ad diffinitū sic qd quid est: est eū eo idē cuius est. In quibuscūqz rebus. Alio modo pōt cōparari ad supposita nature. & illo modo in s'biis materialibus qd quid ē nō est idem cū eo cuius est. **C** Ad octauū dicendū qd qn aliquid p'dicat' de aliquo subiecto p'dicati one essentiali: illud p'dicatum est idē cū eodē subiecto. dū modo subiectū ipsum nō includat aliquid i sua rōne qd sit extra intellectu ipsius quidditatis: secus autē si includat aliquid extraneum realiter vt in p'posito. **C** Ad nonū dicendū qd ens qd apprehendit' ab intellectu nostro est obiectūz cōe: nō at obiectum adequatum alicuius potentie quod potest apprehendi ab illa potentia specie distincta: sed ens non solūz potest apprehendi ab intellectu humano: sed etiam ab angelico fm communēz rōnem eius: ideo ens nō est obm adequatū intell's nostri accipiēdo intel

lectum ut se extendit ad intellectum divinum angelicum et humanum. **C**Ad decimum dicendum quod primum accipitur dupliciter. Uno modo accipitur primum a proprietate predicationis, alio modo pro prioritate adaequationis. Illud enim quod est primum omnium prioritate adaequationis est proprium obiectum non autem est primum obiectum quod est primum prioritate predicationis. **C**Ad undecimum dicitur quod nihil apprehendit ab intellectu nostro corpori coniuncto: nisi illud quod cadit sub additate rei materialis aut per se aut per accidens. **C**Ad duodecimum dicitur quod omnia sub ratione deitatis effectivae intelliguntur: non autem formaliter et obiectivae. **C**Circa praedicta dubitatur primo utrum species intelligibiles remaneant in intellectu post actualem considerationem. Et arguitur breviter quod non rationibus Avicenne. **M**axime recipere et retinere non pertinent ad eandem potentiam: sed intellectus possibilis recipit illas species intelligibiles: ergo non retinet eas. **P**reterea sicut se habet dyaphanum ad suspensionem luminis: ita se habet intellectus possibilis ad suspensionem specterum intelligibilium: sed dyaphanum post actualem suspensionem luminis. (Vt postquam non informat lumine actualiter) non retinet lumen: ergo intellectus possibilis post actualem considerationem non retinet species intelligibiles. **P**reterea duo accidentia eiusdem generis non possunt esse in eodem subiecto simul: sed omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis: ergo non possunt esse simul in intellectu possibili: et per consequens post actualem considerationem corrumpuntur. **I**n oppositum arguitur per philosophum hic in littera (dicit tamen). **D**icendum quod post actualem considerationem remanent species intelligibiles in intellectu possibili. Cuius ratio est: quia maioris virtutis est intellectus possibilis quam sensus: sed in sensu post actualem sensationem remanent species sensate: quae in imagine retinentur: ergo a fortiori post actualem considerationem remanent species intelligibiles in intellectu inquantum in memoria intellectus retinet et conservat. **P**reterea si non sequeretur quod nunquam homo haberet scientiam aut in actu completo aut in potentia tantum: sequeretur etiam quod vanum esset studere et addiscere. **C**Ad primum dicendum quod licet in materialibus ad eandem potentiam non pertineat retinere et recipere: tamen in potentialibus immaterialibus ad eandem potentiam pertinet retinere et recipere. ad eandem dico secundum essentiam diversam tamen secundum diversa officia actuum: ut infra patebit: unde intellectus recipit species: et memoria quae retinet non sunt due potentiae essentialiter distinctae: sed sunt una potentia cui secundum diversa officia: actus attribuuntur diversi. **C**Ad secundum dicitur quod non est simile de lumine suscepto in aere et de speciebus susceptis in intellectu: quia lumen quod suscipitur in aere: dependet a corpore illuminante quantum ad esse et quantum ad fieri et conservari: sic non est de speciebus intelligibilibus respectu obiectorum. **C**Ad tertium dicendum quod licet diversa accidentia eiusdem generis secundum actum completum non possunt esse in eodem subiecto simul: tamen secundum actum incompletum qui mediat inter puram potentiam et actum perfectum possunt esse simul in eodem subiecto: species autem intelligibiles post actualem considerationem habent esse solum in potentia secundum actum non perfectum: sed imperfectum. **S**ecundo dubitatur utrum species intelligibilis sit id quod intelligitur. Et arguitur quod sic. **N**am intellectus et intelligibile sunt idem ut conceditur in isto tertio: sed res extra animam non est eadem cum intellectu: ergo sequitur quod species intelligibilis est idem cum intelligibili et sic est id quod intelligitur. **P**reterea quod licet qualitas potest esse res intellecta: sed species intelligibilis est qualitas quedam. ergo species intelligibilis est res intellecta. **P**reterea illud est res intellecta quod primo apprehenditur ab intellectu: sed species intelligibilis est huiusmodi. ergo etc. **I**n oppositum arguitur ex his quae dicta sunt. **M**axime omnium intellectus est illud quod intelligitur: sed species intelligibilis non est obiectum intellectus: sed additas rei materialis: ut dictum est. ergo etc. **D**icendum quod species intelligibilis non est illud quod intelligitur: sed illud quo aliquid intelligitur. Cuius ratio est: quia illud est quod intelligitur quod affirmat vel negat intellectus: et est extra animam vel aliquid de

re extra animam: ergo res extra animam est illud quod intelligitur et species intelligibilis est illud quo aliquid intelligitur. **C**Ad primum dicendum quod intellectus in actu est idem cum intelligibili in actu non secundum se totum: sed secundum suam similitudinem quae suscipitur in intellectu: et est eadem cum intellectu. non quidem essentialiter sed subjective. **C**Ad secundum dicendum quod species intelligibilis potest considerari dupliciter. Uno modo ut est natura quedam de genere qualitatis. et isto modo posset esse res intellecta. alio modo illud quo res intelligitur ut dictum est et illo modo suscipitur in intellectu formaliter et tanquam quo non autem obiectivae et tanquam quod. et per hoc patet solutio ad tertium.

Sequitur in textu. (Dubitabit autem utique aliquis etc.) **H**ec est lectio nona huius tertii libri: et in commento sancti Thomae.

Stud est tertium capitulum praecedentis tractatus in quo philosophus solvendo duas dubitationes ponit duas conclusiones. **Q**uarum prima est quod intellectus possibilis potest intelligere. haec conclusio probatur tali ratione. **M**axime illud quod est in potentia ad intelligibilia suscipienda potest intelligere: sed intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia suscipienda cum sit tanquam tabula rasa in qua nihil depictum est de pingibilis tamen scientiis et virtutibus: ergo sequitur quod intellectus possibilis potest intelligere. **C**ontra hanc conclusionem arguitur philosophus. **M**axime agens et patiens habent aliquod commune: sed intellectus possibilis cum sit simplex non videtur habere aliquid commune cum re intellecta: ergo videtur quod intellectus possibilis non potest intelligere. **D**icendum quod intellectus possibilis habet aliquod commune in quo convenit cum aliis patientibus: convenit enim cum aliis in hoc quod est recipere. **S**ecunda conclusio: intellectus possibilis intelligit seipsum non per suam essentiam: sed per suam speciem intelligibilem. haec conclusio probatur tali ratione quia intellectus seipsum intelligendo intelligit se intelligere: sed intellectus non intelligit se intelligere per suam essentiam: sed per suam speciem intelligibilem. **C**ontra hanc conclusionem arguitur sic. **U**nunquodque est intelligibile secundum quod est in actu: sed intellectus possibilis non est in actu (cum sit in potentia ad omnia intelligibilia) ergo intellectus possibilis non potest intelligi. **P**reterea si intellectus possibilis intelligitur a seipso: sequeretur quod idem esset movens et motus respectu eiusdem: et per consequens illud esset in actu et in potentia respectu eiusdem: praesens est falsum: ergo etc. **S**equela patet. quia intellectus intelligendo movetur a re intellecta: ergo si intellectus possibilis intelligeret seipsum moveretur a seipso. **P**reterea angelus cognoscit seipsum per suam essentiam: ergo pari ratione intellectus noster intelligit seipsum per suam essentiam cum sit immaterialis. **P**reterea si intellectus intelligeret seipsum per speciem: vel intelligeret seipsum et suam speciem et suum obiectum semper unico actu vel alio et alio actu. **N**on secundum quod impossibile est quod intellectus simul diversis actibus intelligat. **M**axime est primum quod dum intelligit rem intellectam intelligit seipsum. **P**reterea si sic sequeretur quod intellectus semper intelligeret. quia intellectus est sibiipsum praesens. **C**Ad primum et ad secundum dicendum quod ista duo argumenta probant quod intellectus non intelligit seipsum per suam essentiam: non autem quod non intelligat seipsum per speciem intelligibilem. **C**Ad tertium dicendum negando sequelam: quia intellectus angelicus est in actu: sed intellectus noster est in potentia: et licet sit immaterialis quantum ad organum: est tamen immaterialis quantum ad esse. **C**Ad quartum dicendum quod doctor sanctus in prima parte concedit quod intellectus intelligit se et suam intelligere et suum obiectum diversis actibus. **S**ed in primo sententiarum concedit quod unico actu omnia illa intelligit. **P**ro cuius declaratione conclusionis: considerandum est quod species intelligibilis

Tractatus

et intellectus possunt dupliciter considerari. Uno modo ut sunt quedam res vere inter se distincte: et isto modo: alio actu intellectus potest intelligere suam speciem: et alio actu seipsum et intelligere suum. Alio modo possunt considerari ut sunt principia intelligendi. et isto modo unico actu omnia intelliguntur. Ad quintum dicendum negando sequelam: quia ille species intelligibiles non semper sunt in actu: unde non oportet quod intellectus intelligens seipsam per speciem intelligibilem semper intelligat.

Sequitur textus. (Quoniam autem in omni natura.) Hec est lectio decima huius tertii libri. et in commento sancti Thome.

Stud est quartum capitulum in quo philosophus determinando de intellectu agente in actu: ponit unam conclusionem que talis est: quod preter intellectum possibilem necesse est ponere intellectum agentem. hanc conclusionem probat tali ratione philosophi et exemplo. primo sic. Nam in omni natura que quocumque est in potentia et quandoque in actu: necesse est ponere aliquid ut materia in illo genere per quod est in potentia ad omnia que sunt illius generis et aliquid in actu quod se habet ut ars respectu artificiorum per quod potest facere illa in omni actu. si anima intellectiva secundum potentiam intellectivam quandoque est in potentia quandoque in actu: ergo necesse est ponere in anima intellectiva unam potentiam per quam est in potentia ut omnia intelligibilia suscipiat que dicitur intellectus possibilis et aliam potentiam per quam apta nata est facere illa intelligibilia in actu que dicitur quidam habitus ut dicit philosophus. Exemplo idem probat. nam ad videndum colores requiritur lumen: sed in intellectu agens se habet ut lumen per respectum ad intelligibilia: ergo ad intelligendum requiritur intellectus agens. Pro ampliori declaratione considerandum est secundum philosophum primo quod quatuor sunt conditiones intellectus agentis. et istarum priores tres sunt conditiones intellectus possibilis et agentis. quarum prima est. Intellectus agens est separabilis: secunda est: intellectus agens est impassibilis. tertia est: intellectus agens est immixtus non compositus ex diversis naturis rerum. quarta est: intellectus agens secundum suam substantiam est in actu: et per hanc conditionem intellectus agens differt ab intellectu possibili quod secundum suam substantiam est in potentia: has conditiones ponit philosophus inesse intellectui agentis tali ratione: quia omnis agens prestantius est et nobilitus passivo: sed intellectus possibilis quod se habet ut patiens est separabilis et impassibilis et immixtus: ergo a fortiori intellectus agens est separabilis impassibilis et immixtus. quod autem intellectus agens sit in actu secundum suam substantiam: patet quia agens est nobilitus passivo non secundum naturam sed secundum quod est in actu: cum ergo intellectus agens se habeat ad intellectum possibilem: sicut agens ad patiens et cum intellectus possibilis sit in potentia sequitur quod intellectus agens sit in actu. Considerandum est ulterius secundum philosophum quod tres sunt conditiones intellectus in actu per quas differt intellectus in actu ab intellectu in potentia. quarum prima est quod intellectus in actu est idem cum re intellecta: non autem intellectus in potentia: quod intelligendum est non essentialiter sed participative aut subiective. Secunda conditio est quod intellectus in actu simpliciter et ultro preceedit intellectum in potentia: sed intellectus in potentia in uno et eodem et quod movetur de potentia ad actum precedat intellectum in actu. Tertia conditio est quod intellectus in actu semper intelligit quod non competit intellectui in habitu vel in potentia. Ex predictis elicitur quod quadruplex est intellectus: intellectus agens: intellectus possibilis: intellectus in actu: intellectus in potentia. Considerandum est ulterius quod due sunt conditiones partis intellective in communi. Quarum prima est quod pars intellectiva est separabilis: sed non quidem secundum esse in presenti statu sed secundum operationes eo modo quo supra declaratum est. Secunda conditio est que sequitur ex prima quod sola anima intellectiva in homine est perpetua et incorruptibilis: perpetua dico a parte post non a parte ante cum habeat principium. Et si dicatur postquam pars intellectiva est separata ab homine: in ea non est reminiscencia: ergo videtur quod non potest separari. Dicendum quod reminiscencia non solum pertinet ad partem intellecti-

Tertius

na: sed pertinet ad eam solum secundum esse quod habet in corpore: et hoc potissime ad eundem modum. Contra predictam conclusionem sic arguitur. presentia obiecti sufficit ad immutationem potentie: ergo videtur quod non necessario requiritur intellectus agens ad intelligendum. Preterea non est ponendus sensus agens: ergo non est ponendus intellectus agens: patet consequentia: quia sicut se habet sensus ad sensibilia: ita se habet intellectus ad intelligibilia. Preterea intellectus agens se habet sicut lumen ut dicit philosophus: sed lumen non requiritur ad videndum nisi propter medium secundum doctorem sanctum: ut ex supra dictis patet: ergo ad intelligendum non requiritur intellectus agens. Preterea si poneretur intellectus agens eius esset aliqua operatio: sed ipse non ponitur aliqua operatio: ergo videtur et c. probatio maioris: quia si ipse esset operatio maxime esset illustrare phantasmata: sed intellectus agens non illuminat phantasmata: cum non agat in ea neque aliquid imprimat in eis. ergo et c. Ad primum dicendum quod presentia obiecti sufficit ad immutationem potentie dummodo idem obiectum sit in actu: obiectum autem intellectus secundum esse quod habet extra animam non est actu intelligibile secundum sui naturam: sed fit actu intelligibile per virtutem intellectus agentis: unde ratio non sequitur. Ad secundum similiter dicendum quod sensibile secundum sui naturam actu potest immutare sensum: ideo non ponitur sensus agens: sed intelligibile secundum sui naturam non potest immutare intellectum: ideo necessario ponitur intellectus agens. Ad tertium dicendum quod intellectus se habet sicut lumen non omnibus modis similitudinis: sed quantum ad aliquid. Nam sicut lumen requiritur ad videndum: ita intellectus agens ad intelligendum: sed dissimilitudo est in hoc quia lumen requiritur propter medium et non propter obiectum. Sed intellectus agens requiritur propter obiectum et non propter medium. Ad quartum dicendum quod intellectus agentis triplex est operatio. Prima est illustrare phantasmata. Secunda est ex phantasmatibus illustratis speciem intelligibilem abstrahere. Tertia est per speciem intelligibilem abstractam intellectum possibilem determinare qui est secundum se indeterminatus. Et dum dicebat intellectus agens non imprimat aliquid in phantasmatibus ergo non illuminat. dicitur quod non illuminat phantasmata aliquid imprimendo phantasmatibus: sed magis abstrahendo et confortando intellectum possibilem ad susceptionem specierum intelligibilium. Circa predicta primo dubitatur utrum intellectus agens sit habitus: et arguitur quod non ratione doctoris sancti. Nam omnis habitus presupponit cognitionem terminorum: si ergo intellectus agens esset habitus sequeretur quod non faceret omnia intelligibilia in actu: quod est contra sententiam philosophi in oppositum arguitur per philosophum in littera. Dicendum breviter quod habitus potest dupliciter considerari. Uno modo proprie ut distinguitur a potentia: et isto modo intellectus agens non dicitur habitus ut voluit argumentum dubium. Alio modo accipitur habitus communiter pro quacumque forma secundum quod habitus distinguitur contra privationem: et isto modo intellectus agens dicitur habitus: unde philosophus non dicit quod intellectus agens sit habitus simpliciter sed est tanquam habitus. Secundo dubitatur utrum intellectus agens sit separatus ab anima: vel utrum sit aliquid ipsius anime. et videtur quod sit aliquid ipsius anime. Nam ad intellectum agentem pertinet illuminare: sed illuminare pertinet ad altiore virtutem: videlicet ad primam causam: ergo intellectus agens non est aliquid ipsius anime. Preterea intellectus agens ut videtur hic dicere philosophus semper est in actu: ergo si intellectus agens esset aliquid ipsius anime sequeretur quod homo semper actu intelligeret: consequens est falsum: ergo et c. Preterea prima conditio intellectus agentis est quod sit separabilis: ergo non videtur quod si aliquid ipsius anime. Dicendum quod intellectus agens non est separa-

tus ab ipsa anima: sed est aliquid ipsius anime quod patet tali ratione doctoris sancti in presenti lectione. Nam in omni quod est constitutum a natura sunt principia sufficientia ad completionem proprie operationis: sed intelligere est propria operatio hoīs: (intelligere dico quod phantasmata. Ergo in homine sunt principia requisita ad talem intellectionem. sed homo non potest intelligere nisi per virtutē intellectus agentis: cuius est illuminare phantasmata et ab eis speciem intelligibilem abstrahere: ergo intellectus agēs est aliquid in anima existēs. ¶ Preterea si intellectus agens non esset in homine existēs: sequeretur quod homo non intelligeret per intellectum agentem cum nihil operetur nisi per aliquid in eo formaliter existens: consequens est falsum: ergo etc. ¶ Ad primum dicendum quod universaliter illuminare omnem creaturam pertinet ad primam causam: sed illuminare phantasmata pertinet ad intellectum agentem tanquam ad causam particularem. ¶ Ad secundum dicendum ad rationem illam quod philosophus semper esse in actu non attribuit intellectui agenti. sed intellectui in actu ut supra dictum est. ¶ Ad tertium dicendum quod intellectus agens dicitur separabilis esse non secundum esse a materia sed secundum operationem: et ideo non indiget organo corporali. ¶ Dubitatur tertio utrum intellectus agens sit perpetuus et incorruptibilis: et videtur quod non: quia illud quod habet principium non est perpetuum: sed intellectus agens habet principium: ergo non est perpetuus. ¶ Preterea illud quod est ex nihilo est vertibile in nihil: sed intellectus est ex nihilo: ergo est vertibilis in nihil: et per hoc non erit perpetuus. ¶ Preterea nihil est sine sua propria operatione: sed intellectus non potest intelligere potest corruptionem totius continui (cuius propria eius operatio) sit intelligere per phantasmata: ergo etc. ¶ Ad primum dicendum quod aliquid dicitur perpetuum: uno modo proprie pro eo quod caret principio et sine quod dicitur perpetuum a parte ante et a parte post. et isto modo intellectus non dicitur perpetuus. Alio modo accipitur perpetuum pro eo quod caret fine: quod dicitur perpetuum a parte post. et isto modo intellectus dicitur perpetuus. ¶ Ad secundum dicendum quod intellectus bene est vertibilis in nihil per potentiam creatantis: non autem per aliquam potentiam in eo existentem. unde non est corruptibilis: sed bene est annihilabilis. ¶ Ad tertium dicendum quod intelligere per phantasmata est propria operatio intellectus continui: secundum quod huiusmodi. non autem ipsius intellectus absolute considerati: unde ratio nulla. ¶ Dubitatur quarto utrum intellectus agens sit unus in omnibus hominibus. et videtur quod sic. nam intellectus agens est immaterialis: ergo non multiplicatur ad multiplicationem singularium siue suppositorum materialium. et sic erit unus in omnibus. ¶ Preterea si essent tot intellectus agentes quot sunt homines: sequeretur quod iam essent infiniti intellectus actu stantes (secundum philosophum) perpetuitate mundi: quod est impossibile: ergo etc. ¶ Dicendum quod non est unus intellectus agens in omnibus hominibus secundum numerum: sed sit unus secundum speciem: quod sic patet. quia ad multiplicationem subiectorum sequitur multiplicatio accidentium. Sed intellectus agens est accidens: quod est subiective in anima. ergo ad multiplicationem animarum sequitur multiplicatio intellectus agentis. Sed manifestum est quod non est una anima numero in omnibus hominibus: ergo in eis non est unus intellectus agens. ¶ Ad primum dicendum quod intellectus agens dicitur immaterialis: quia non est ex materia compositus: dicitur tamen materialis: quia est in materia. scilicet in essentia anime subiective. unde habet materiam in qua: sed non habet materiam ex qua. ¶ Ad secundum dicendum quod etiam stante perpetuitate mundi non sequitur quod essent infinite anime in actu: et per consequens sequitur quod non essent infiniti intellectus agentes. ¶ Et si dicatur quod in qualibet circulatione deus creasset unam animam: sequitur (quod cum fuissent infinite circulationes stante perpetuitate mundi) quod essent anime infinite actu. ¶ Dicendum negando suppositum: quia in infinito

non est dabile unum: id est non assignabilis quilibet potest unde falsum supponit cum dicit in qualibet circulatione deus creasset animam.

¶ Sequitur in textu. (Indivisibilem quidem igitur etc.) Hec est lectio undecima eiusdem libri: et in commento sancti Thomae.

Stud est quintum capitulum: in quo philosophus determinando de operationibus intellectus possibilis ponit duas conclusiones. Quarum prima est. Tantum sunt due operationes intellectus: videlicet indivisibilem: id est terminorum incomplexorum intelligentiam et compositionem et divisionem eorundem. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Nam in omni operatione intellectus: aut est veritas: aut falsitas aut non. Si secundum: sic est prima operatio. Si primum: sic est secunda. ¶ Contra predictam conclusionem: sic arguitur primo. ¶ Nam ratio et intellectus sunt idem: sed indivisibilem intelligentiam non attribuitur rationi. cum proprium rationi est discurrere: ergo non debet attribui intellectui. ¶ Preterea discurrere a notis ad ignota: est operatio intellectus: et tamen non est aliqua predictarum: ergo non sunt tantum due operationes intellectus. ¶ Preterea compositio et divisio non est nisi respectu multorum: sed intellectus non potest multa intelligere simul: ergo compositio non est operatio intellectus. ¶ Preterea intellectio fit per assimilationem rei intellecte ad intellectus: sed in re extra animam non est compositio realis que per compositionem significet: cum ibi non sit predicatum vel subiectum: ergo etc. ¶ Ad primum dicendum quod ratio et intellectus sunt idem secundum rem: differunt tamen secundum rationem: unde indivisibilem intelligentiam non attribuitur rationi proprie loquendo: attribuitur tamen intellectui. ¶ Ad secundum dicendum quod discurrere ab uno in aliud continetur sub secunda operatione intellectus videlicet sub compositione et divisione. ¶ Ad secundum dicendum quod intellectus non possit multa intelligere simul per modum multorum: potest tamen bene per modum unius in quantum illa multa in aliquo conveniunt. ¶ Ad quartum dicendum quod intellectus non sit in re extra animam secundum substantiam: est tamen in re extra animam secundum correspondentiam. Nam in rebus est compositio que correspondet compositioni intellectus. ¶ Pro cuius declaratione considerandum est quoniam in rebus invenitur duplex compositio forme cum materia et talis correspondet compositioni intellectus cum intellectus componit superius cum inferiori. Alia est compositio accidentis cum substantia: et talis correspondet compositioni intellectus: quia intellectus componit accidens cum substantia. ¶ Secunda conclusio. Solum in secunda operatione intellectus est veritas vel falsitas. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Nam veritas et falsitas consistunt in compositione unius ad alterum: sed talis operatio non est nisi secundum compositionem vel divisionem: ergo in compositione vel divisione intellectus est veritas aut falsitas. ¶ Ex hac conclusione infert philosophus quod in his que apprehenduntur per primam operationem intellectus non sit veritas vel falsitas: tamen intellectus circa talia intelligibilia divisibilia semper est verus. Cuius ratio est. nam sicut sensus non decipitur circa proprium sensibile: ita intellectus non decipitur circa quod quid est intelligibile. ergo intellectus semper est verus. ¶ Contra hoc correlarium sic arguitur. ¶ Nam sensus circa proprium sensibile potest decipi ut patet in collo columbe. ergo intellectus circa quod quid est potest decipi. ¶ Preterea opinio et ratiocinatio attribuitur intellectui et in utroque potest esse veritas et falsitas: ergo intellectus non semper est verus. ¶ Ad primum dicendum quod sensus non decipitur circa proprium sensibile per se: sed bene per accidens in quantum indicat de his que sunt adiecta proprio obiecto. Ita intellectus potest decipi diversimode circa quod quid est per accidens ratione compositi-

tionis & diuisionis. Et h̄ dupliciter. Uno mō attribuēdo diffinitōem sine quod quid est vnius alteri. Secūdo modo ponēdo aliquas partes i diffinitōe que potest scom̄ possibiles adinuicem & tūc diffinitio est falsa simpliciter. Exemplum primi vt diffinitio circuli attribuatur triangulo esset falsa diffinitio. Exemplum secūdi: vt si aliquis ponat in diffinitioe alicuius isensibile. In illis vero in quorum diffinitioe nulla est compositio nō cōtingit esse deceptionem: sed oportet illa vel intelligere vere vel nullo modo: vt dicitur nono methaphysice. **C**Ad secundum dicendum quod ratiocinatio & opinio attribuuntur intellectui quātum ad secundam eius operatiōem in qua bene est veritas aut falsitas: non autem quantum ad primam eius operationem. **C**Circa predicta dubitatur vtrum in diuisibile sit prius intelligibile a nobis q̄ diuisibile. Et videtur q̄ sic. quia ex cognitione principiorum & elementorum deuenimus i cognitionem principiorum: vt patet i primo phisicorum: sed indiuisibile est principium & elementum diuisibilis: sicut vnum est principium numeri: & punctus est principium linee. ergo sequitur quod in diuisibile prius cognoscatur a nobis quam diuisibile. In contrarium arguitur: quia habitus prius cognoscitur a nobis quam priuatio: sed indiuisibile dicit priuationem: diuisibile autem habitum. ergo &c. **C**Dicendum secundum philosophum in littera quod tripliciter aliquid dicitur indiuisibile. **C**nam aliquid dicitur indiuisibile secundum actum: quod tamen est diuisibile i potentia sicut continuum vtputa linea dicitur indiuisibilis secundum actum: tamen est diuisibilis secundum potentiam. **C**Secundo modo aliquid dicitur indiuisibile secundum speciem & istis duobus modis indiuisibile cognoscitur prius a nobis quam diuisibile. Tum primo qz cognitio cōfusa & ideterminata precedit cognitionem determinatam. Tum secundo: qz prima operatio intellectus precedit secundam. Tertio modo dicitur indiuisibile taz secundum actum quam secundum potentiam: sicut punctus dicitur indiuisibilis: & isto modo indiuisibile nō prius cognoscitur a nobis quam diuisibile vt voluit ratio i contrarium adducta. **C**Ad argumentum dubij dicendum qd i acquisitione scientie n̄ semper prius cognoscimus principia sed aliqui ex cognitione effectuum deuenimus i cognitione causarum & principiorum: licet in complemento scientie procedamus a principijs ad effectum.

CSequitur in textu. (Videtur autem sensibile &c.) **C**Hec est lectio duodecima huius tertij libri: & i cōmēto sancti Thome.

CIstud sextum & vltimum capitulū tertij tractatus huius tertij de anima comprehendit simul duas lectiones commentij sancti thome: videlicet duodecimā que incipit. (Videtur &c.) & tertiamdecimā que incipit. (Nunc autem de anima &c.)

Istud est sextum & vltimum capitulū tertij tractatus i q̄ philosophus determinando de parte intellectiua per respectum ad sensum ponit tres conclusiones: inferendo tria correlaria. **C**Prima conclusio est quod intellectus mouetur ab intelligibili. **H**ec conclusio probatur tali ratione philosophi. **C**Sicut se habet sensus ad sensibile: ita se habet intellectus ad intelligibile: sed sensus mouetur a sensibili vt supra cōcessum est: ergo intellectus mouetur ab intelligibili. **C**Contra hanc cōclusionem s̄ arguitur. **C**nam motus est actus existētis i potētia secundum quod huiusmodi: vt patet tertio phisicorum: sed intelligere n̄ est actus existētis i potētia. alius n̄ attribueretur deo. ergo intelligere n̄ est moueri: & sic n̄ mouetur intellectus ab intelligibili. **C**Preterea per motum subiectum aliquid amittit. sed anima intellectiua per intellectiōem nihil amittit: sed magis perficitur. ergo intellectus n̄ patitur neqz mouetur. **C**Ad primum dicendam q̄ duplex est motus. **Q**uidam est motus phisicus

& proprie dicitur. qui est de cōtrario i contrarium: & isto modo intellectus n̄ mouetur ab intelligibile. **A**lius est motus metaphisicus qui videlicet est actus entis perfecti secundum quod huiusmodi: & isto modo intellectus dicitur moueri: & per hoc patet solutio ad secundum. **C**Secunda cōclusio. **I**n intellectus n̄ potest intelligere nisi per phantasmas. **H**ec cōclusio probatur tali ratione. **C**nam sicut se habet sensus ad sensibile & visus ad colorem: ita se habet intellectus ad phantasmas: sed sensus n̄ potest sentire sine sensibili: neqz visus potest videre sine colore: ergo intellectus n̄ potest intelligere sine phantasmatibus: videlicet conuertēdo se ad phantasmas. **E**x quo infertur quod necesse est i telligētem phantasmas speculari. **C**Contra predictam cōclusionem arguitur primo. **C**nam intellectus intelligit mathematicalia que sunt abstracta a materia. ergo intellectus n̄ semper indiget phantasmatibus. **C**Preterea intellectus intelligit denum & substantias separatas: sed talia n̄ cadūt sub phantasmatibus. ergo idem vt supra. **C**Preterea intellectus est i actu per speciē intelligibile: ergo intellectus dum habet apud se speciē intelligibilem potest intelligere: quia intelligere nihil aliud est q̄ intellectum actuiformari per speciē intelligibilem. **C**Ad primum dicendum quod licet mathematicalia sint abstracta a materia sensibili tam i communi q̄ indiuiduali: tamē n̄ sūt abstracta a materia intelligibili idest phantasiabili. **C**Ad scōz dicendum quod licet substantie separate accipiēdo intellectum pro phantasia nō cadāt sub phantasmatibus per se tamē cadunt sub eis per accidēs: videlicet per suos effectus: vnde illa ratio nihil aliud cōcludit q̄ quod substantie separate n̄ sūt intelligibiles quantum ad earum quidditates in presenti statu & a priori: sed solum quantum ad quid est & a posteriori. **C**Ad tertium dicendum quod intellectus est i actu per speciē intelligibilem actualiter existētem i eo: species autem intelligibilis post actualez cōsiderationem n̄ est i intellectu in actu: sed i habitu solum vnde ratio nulla. **C**Tertia cōclusio. **I**n intellectus practicus & intellectus speculatiuus n̄ sunt due potentie anime realiter distincte: sed ratione tantum. **H**ec conclusio probatur tali ratione philosophi elicitiue. **C**nam intelligere cum actione: idest cum extensione ad opus & intelligere sine actione aliquodvnum absolute pertinet ad idem genus cognoscibilitatis: sed intellectus speculatiuus intelligit verum sine actione: idest sine extensione ad opus. **I**n intellectus vero practicus intelligit cum actione. ergo intellectus speculatiuus & intellectus practicus pertinent ad idem genus potentie. **C**Contra hanc cōclusionem sic arguitur. **C**Potentie distinguuntur per obiecta: sed obiectum intellectus speculatiui est verum: obiectum autem intellectus practici est bonum. ergo videtur q̄ intellectus practicus & intellectus speculatiuus sint diuerse potentie. **C**Preterea habitus practicus & habitus speculatiuus specie distinguuntur propter distinctionem obiectorum. ergo intellectus speculatiuus & intellectus practicus specie distinguuntur. **C**Ad primum dicendum q̄ si quelibet distinctio obiectorum sufficit ad distinctiōem potentiarum. s̄ requeritur q̄ talia obiecta sint distincta genere: non quidez genere nature aut genere logico sed genere cognoscibilitatis: vt supra determinatum est i secundo. **V**erumtamen bonum in se cōsideratum non est obiectum intellectus practici: sed verum extensum ad opus dicitur obiectum intellectus practici: verum autem absolute cōsideratum dicitur obiectum intellectus speculatiui. **C**Ad secundum dicendum negādo cōsequētiā: quia maior distinctio obiectorum requiritur ad distinctiōem potentiarum q̄ ad distinctiōem habituum vt etiam supra declaratum est vnde ratio n̄ sequitur. **C**Ex predictis in hoc tractatu infert philosophus primo quod n̄ potest fieri intellectio sine sensu: quia vt dictum est intellectus n̄ potest intelligere sine phantasmatibus: phantasmas autem n̄ sunt sine sensu. ergo n̄ potest fieri intellectio nisi mediante sensu.

C Ex quo patet falsitas opinionis Auicēne. qui dicit q̄ post actualem cōsiderationem intellectus potest intelligere n̄ cōuertēdo se ad pb̄ntasmata: hoc autē patet esse falsum ad sensum. **C** Nam ille qui habet habitum scientiarum post actualem cōsiderationem n̄ potest actu per illos habitus cōsiderare si ledatur organum corporale: ut patet de freneticis. ergo signum est manifestum q̄ i qualibet intellectu requiruntur vires sēsiuē. **C** Infert in secūdo q̄ intellectus est quodammodo omnia. Cuius ratio est: quia omnia que sunt aut sunt sēsibilia aut intelligibilia: sed i anima est sēsus et intellectus: sensus autem est quodammodo omnia sēsibilia: et intellectus est quodammodo omnia intelligibilia: cum ex intellectu et intellectu fiat quodammodo vnum. ergo anima nostra intellectiua ē quodammodo omnia: non autem per comparationem: ut antiqui voluerunt sed per apprehensionem. Infertur tertio q̄ intellectus non est idem quod pb̄ntasia quia propriū ipsius intellectus est affirmare vel negare: sed hoc non competit pp̄rie pb̄ntasie. ergo r̄c. **C** Circa predicta dubitatur primo vtrum intellectus eodem modo mouet̄ ab intelligibili: sicut sensus a sēsibili. **C** Dōm breuiter q̄ nō: q̄ dū sēsus mouet̄ a sēsibili attendit̄ triplex gradus. nam primo sensus apprehendit aliquod sēsibile tanquam conueniens vel nociuum. Secundo ex hoc sequitur in sensu delectatio vel tristitia. Tertio vero illud prosequitur si sit delectabile aut fugit si sit nociuum. Intellectus autem post q̄ apprehendit intelligibile: tūc immediate prosequitur aut fugit. Item sensus dum apprehendit sēsibile non simpliciter et vere sed quodammodo affirmat vel negat: intellectus autē vere affirmat vel negat. **C** Pro ampliori declaratione eius assignat doctor sanctus in commento presentis lectionis. 169. quare in sensu ex apprehensione boni vel mali nō statim sequat̄ desiderium vel fuga sicut fit in intellectu: cuius ratio est. quia sicut sensus non apprehendit bonum vniuersale: ita appetitus sēsiuus non mouetur a bono vel malo vniuersali: sed a quodam determinato bono quod est delectabile s̄m sensum et a quodam determinato malo quod est triste secundum sensum. In parte autem intellectiua est apprehensio boni et mali vniuersalis: vnde et appetitus intellectiue partis (scilicet ipsa voluntas) mouetur statim ex bono vel malo per intellectum apprehenso sibi presentato. hoc ille. vbi supra. **C** Dubitatur secundo vtrum intellectus intelligat per abstractionem a pb̄ntasmatis: et videtur q̄ non. **C** Nam intellectus intelligendo conuertit se ad pb̄ntasmata. ergo intellectus non intelligit abstrahendo a pb̄ntasmatis. **C** Preterea sicut se habet visus ad colozē ita se habet intellectus ad pb̄ntasmata ut concessum est: sed visus non potest videre colozem abstrahendo se a coloze. ergo intellectus non potest intelligere abstrahendo a pb̄ntasmatis. **C** Preterea nihil potest intelligi sine illo quod cadit in diffōe rei: sed materia cadit in diffinitione rei naturalis. ergo intellectus non potest intelligere res naturales sine materia: sed materia est principium indiuiduationis. ergo sequitur q̄ intellectus non potest intelligere absq̄ conditionibus indiuiduantibus: sic non abstrahit se a pb̄ntasmatis. **C** Preterea si intellectus intelligēdo abstraheret a pb̄ntasmatis: vel ergo abstrahere pertinet ad intellectum possibilem: vel ad intellectum agentem non ad intellectum possibilem cum eius sit recipere: nec ad intellectum agentem: cum eius sit pb̄ntasmata illustrare: et per consequens magis i eis aliquid imprimeret q̄ abstraheret. **C** Ad primum dicendum q̄ intellectus intelligit semper conuertendo se ad pb̄ntasmata: et etiam abstrahendo. conuertendo quidem inquantum intelligit vniuersale quod habet esse in singularibus: abstrahendo vero inquantum intelligit vniuersale non intelligendo singulare. **C** Ad secundum q̄ non est omnimoda similitudo inter colozes per respectum ad visum et inter pb̄ntasmata per respe-

ctum ad intellectum: nam coloz secundam sui naturam est per se visibilis: sed pb̄ntasmata secundū se non sunt intelligibilia: sed propter ea requiritur virtus intellectus agentis ut supra declaratū est: vnde nō est simile. **C** Ad tertium dicendum q̄ materia signata est principium indiuiduationis: non autem materia communis que ponitur in diffinitione rei naturalis. **C** Ad quartum dicendum q̄ abstrahere pertinet ad intellectum agentem inquantum ipsa (propter propinquitatem quam habent ad ipsum) efficiuntur habilia ut ab ipsis possit abstrahi species intelligibilis presentanda intellectui possibilis.

C Sequitur in textu. (Quoniam autem anima r̄c.)

C Hic est quartus tractatus huius tertij libri de anima: et est lectio decimaquarta eiusdem: in commento sancti Thomae.

stud est quartus tractatus huius tertij in quo p̄ylosophus

determinat de potentia motiua et de cōparatione potentiarum ad ipsam animam et ad se inuicem. Qui quidem tractatus continet tria capitula. In primo capitulo p̄ylosophus determinat

de potentia motiua in communi et secundum se. In secundo vero determinat de potentia motiua per respectum ad diuersa animalia. ibi. (quoniam igitur supra dictum est.) In tertio capitulo ostendit qualiter diuerse partes anime ordinantur inter se. ibi. (vegetabilem autem quidē.) In primo igitur capitulo ponuntur due conclusiones: quarū prima est q̄ diuisiones potentiarum ab antiquis p̄ylosophis sunt insufficienter assignate. quarum prima est. Potentiarum quedam sunt rationales quedam sunt irrationales: et hanc conclusionem probat p̄ylosophus quatuor rationibus: quarum prima est. Potentia vegetatiua et sēsiuua sunt potentie anime plus inter se differentes q̄ potentia irrationalis et concupiscibilis: et tamen iste due potentie non comprehenduntur sub predictis diuisionibus. ergo n̄ sunt sufficientes. Secunda rō. pb̄ntasia est quedam potentia anime: et tamē non comprehenditur sub predictis. ergo r̄c. Tertia rō. vis appetitiua et vis intellectiua est quedam potentia anime distincta ab alijs: et tamen non continetur sub aliqua predictarū diuisionum: cum nō diuidatur in irascibilem. v̄z et in concupiscibilem. ergo r̄c. Quarta rō aliq̄ sūt potentie anime q̄ sunt principia motiua augmēti et decrementi: et tamen de illis in predictis diuisionibus nulla fit mētio. ergo r̄c. **C** Secūda cōclusio principium motus localis: v̄z potentia motiua non est potentia vegetatiua: que patet duabus rationibus p̄bi: quarum prima est. motus secundum locum semper fit propter aliquod desideratum vel imaginatum sed imaginatio et desiderium siue appetitus non conueniunt potentie vegetatiue. ergo sequitur q̄ principium motus localis non est potentia vegetatiua. secunda ratio est ad idem. nam si potentia vegetatiua esset principium motus localis sequeretur q̄ plante mouerentur motu locali: cū i eis sit potentia vegetatiua: q̄ n̄ ē falsum: ergo r̄c. et si dicatur plante mouentur sursum et mouentur deorsum: et ad alias differentias positionis ergo mouentur motu locali. **C** Dicendum q̄ non mouetur motu locali progressiuo de quo est ad propositum.

C Quod vero principium motus localis non sit sensus probatur tali ratione. **C** Nam sensus est in omni animali: si ergo sensus esset principium motus localis: sequeretur q̄ omnia animalia mouerentur motu locali: quod est falsum. **C** Sed q̄ tale principium non sit intellectus patet: quia aut esset intellectus speculatiuus aut practiciuus. **C** Non primum quia intellectus speculatiuus solum versatur circa speculabilia: non autem circa aliqua agibilia: inquantum huiusmodi secundum q̄ fit motus localis: neq̄ intellectus practiciuus: q̄ animalia bruta mo-

Tractatus

uentur motu locali progressiuo quibus inest intellectus practicus. **C**irca predicta dubitatur primo vtrum appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas sit potentia distincta ab appetitu sensitiuo et videtur quod non. **C**irca differentia accidentalium obiectorum non facit differentiam specificam potentiarum vt in secundo habitum est sed accidit obiecto appetitus: videlicet bono quod sit apprehensum a sensu vel ab intellectu: ergo appetitus intellectiuus et appetitus sensitiuus non realiter distinguuntur cum non distinguantur nisi per bonum, apprehensum ab intellectu: et per bonum apprehensum a sensu. **C**irca preterea appetitus sensitiuus sicut et intellectiuus fertur ad rem ad extra: sed res ad extra est singulare bonum: ergo idem vt supra. **C**irca dicendum quod appetitus intellectiuus et sensitiuus sunt due potentie specie distincte. Cuius ratio est: quia potentia appetitiua et potentia passiva apta nata est moueri a bono apprehenso. Sed manifestum est quod bonum quod apprehenditur ab intellectu aliter mouet appetitum quam bonum apprehensum a sensu: cum bonum quod apprehenditur ab intellectu apprehendatur sub ratione vniuersalis: bonum vero quod apprehenditur a sensu: apprehenditur sub ratione particularis: ergo sunt due potentie distincte. **C**irca primum dicendum quod non accidit bono secundum quod appetibile est quod sit apprehensum a sensu vel ab intellectu: sed per se quod non potest mouere appetitum nisi vt apprehensum. **C**irca secundum dicendum quod licet res extra animam sit quoddam bonum particulare in se, consideratum: tamen voluntas fertur ad illud bonum non secundum rationem particularem sed secundum rationem vniuersalem. **C**irca dubitandum faciendo vtrum appetitus intellectus diuidatur in irascibilem et concupiscibilem: et videtur quod sic, quia appetitus dicitur concupiscibilis a concupiscentia et irascibilis ab irascendo: sed voluntas aliqua concupiscit que non pertinet ad sensum: videlicet virtutes intellectuales: vt puta sapientiam: ergo aliquis est appetitus concupiscibilis et ex opposito irascibilis. **C**irca dicendum quod appetitus intellectiuus non potest diuidi in irascibilem et concupiscibilem. Cuius ratio est, quia illa potentia que respicit aliquod obiectum vniuersale: secundum communem rationem eius non diuiditur in potentias distinctas secundum distinctionem partium subiectiuarum que continentur sub illo obiecto: sed appetitus intellectiuus vt puta voluntas respicit bonum vniuersale: secundum communem rationem eius: ergo sequitur quod non diuiditur in diuersas potentias secundum diuisionem illius vel illius boni: sicut visus qui respicit colorem obiectiue: non diuersificatur specificiter propter diuersitatem illius vel illius coloris. **C**irca rationem dubij dicendum quod concupiscentia potest accipi dupliciter. Vno modo absolute: prout dicitur potentiam anime: et isto modo tantum, in voluntate est concupiscentia. Alio modo accipitur concupiscentia pro operatione anime que fit cum quadam immutatione anime: vt in proposito accipitur: et isto modo in voluntate non est concupiscentia.

C Sequitur in textu. (Quoniam igitur sicut etc.)

C Hec est lectio decimasexta huius tertij libri: et in commento sancti Thome.

stud est secundum capitulum eiusdem tractatus in quo philosophus determinando de potentia motiua per respectum ad diuersa animalia ponit duas conclusiones.

Quarum prima est, quod nihil est motiuum, suipsum sine phantasia. Hec conclusio probatur tali ratione. **C**irca vnumquodque est motiuum suipsum in quantum est appetitiuum: sed appetitus non est sine phantasia: ergo nihil suipsum est motiuum sine phantasia. **C**irca pro cuius declaratione sciendum est quod phantasia potest accipi dupliciter. Vno modo proprie prout distinguitur contra partem intellectiuam: et isto modo non accipitur hic. Alio

Quartus

modo vt se extendit ad intellectum secundum quod materia phantasia dicitur materia intelligibilis: et isto modo accipitur hic. **C**irca contra predicta sic arguitur. Si vnumquodque esset motiuum suipsum secundum quod habet phantasia et appetitum: sequeretur quod animalia imperfecta essent motiua suipsum: cum in eis sit phantasia et appetitus, consequens est falsum. **C**irca preterea homo mouet seipsum: sed mouet seipsum mediante ratione particulari (vt statim patebit) que quidem ratio non est phantasia cum phantasia non distinguatur: ergo idem vt supra. **C**irca ad primum dicendum quod duplex est phantasia vt sepius dictum est: videlicet determinata et indeterminata: verum est quod in animalibus imperfectis est phantasia indeterminata: non autem determinata vt ad propositum. **C**irca ad secundum dicendum quod vt dictum est duplex est phantasia, quedam est indeterminata et talis non est ratio. Alia est phantasia determinata: et talis est duplex, quedam est sensibilis que fit absque deliberatione: et talis inuenitur in animalibus vtiq; perfectis: que etiam ratio non dicitur. Alia est phantasia rationalis: que videlicet habet fieri cum quadam deliberatione et discursu: et talis reperitur in hominibus que dicitur ratio. **C**irca secunda conclusio, homo mouet seipsum mediante ratione. Hec conclusio probatur tali ratione. **C**irca vnumquodque est motiuum suipsum in quantum est appetitiuum vt dictum est: sed appetitus non est siue phantasia: phantasia autem in homine ne vocatur ratio. Ratio autem non est sine ratione, et ergo etc. **C**irca contra hanc conclusionem sic arguitur. **C**irca si homo moueret seipsum mediante ratione. Aut illa ratio esset speculativa aut practica. **C**irca non primum quia pari ratione intellectus speculatiuus esset principium motus. Neq; secundum cum talis ratio versetur circa vniuersalia vt in pluribus secundum que non sit motus localis. **C**irca dicendum quod duplex est ratio. Quedam est speculativa: alia est practica. Ratio speculatiua non est principium motus. Ratio autem practica est duplex. Nam quedam est vniuersalis: quedam est particularis. Ratio vniuersalis non est principium motus localis: bene autem ratio particularis. **C**irca predicta dubitatur vtrum ratio et intellectus sint due potentie: et videtur quod sic.

Circa sicut se habet imaginatio ad rationem: ita se habet ratio ad intellectum: sed imaginatio est potentia distincta contra rationem, ergo ratio distinguitur contra intellectum. **C**irca preterea sicut se habet ratio ad sensum: ita se habet ratio ad intellectum qui attribuitur angelis: sed ratio et sensus sunt diuersae potentie, ergo ratio et intellectus cum plus differant angelus et homo quam homo et brutum. **C**irca dicendum ad dubium quod ratio et intellectus non distinguuntur essentialiter sed solum secundum rationem secundum diuersa officia actuum. Nam vna et eadem potentia intellectus secundum quod simpliciter apprehensione est intellectiua dicitur intellectus: secundum vero quod cum quoddam discursu a noto ad ignotum intelligit vocatur ratio: et quia angelus secundum suam naturam intelligit simpliciter intuitu sine discursu: homo vero intelligit discurrendo ab vno in aliud: ideo intellectus appropriatur angelis: ratio vero hominibus: et inde est quod angeli vocantur substantie intellectuales: homines vero creature rationales. **C**irca ad primum dicendum quod illa similitudo attenditur secundum diuersitatem actuum: non autem secundum diuersitatem essentialem potentiarum: sic etiam dicendum est ad secundum.

Circa sequitur in textu. (Vegetabilem quidem animam etc.) **C**irca istud tertium capitulum comprehendit duas ultimas lectiones eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

stud est tertium et vltimum capitulum huius libri in quo philosophus determinando de ordinatione potentiarum ad inuicem per respectum ad corpus animae

Tertii

tum ponit quattuor conclusiones inferendo quattuor correlaria. Quarum prima est. **C**Omne viuens quodiu uiuit necesse est quod habeat animam vegetatiuam. **H**ec conclusio probatur tali ratione phylosophi. **C**um omne viuens quandiu uiuit utitur alimento: sed uti alimento pertinet ad animam vegetatiuam: ergo necesse est quod omne viuens dum uiuit habeat animam vegetatiuam. **P**robatio maioris. quia omne viuens dum uiuit habet augmentum statum vel decrementum: sed hoc non potest contingere nisi alimento: quia tempore augmenti oportet quod plus conuertatur de alimento in substantiam aliam quam quod sufficiat ad sustentationem vel conseruationem preexistentis magnitudinis: Tempore uero status equaliter: Tempore uero decrementi minus. **C**ontra hanc conclusionem sic arguitur. **C**um deus uiuit ut probat phylosophus duodecimo metaphysice. et tamen in eo non est anima vegetatiua. ergo et cetera. **D**icendum quod phylosophus hic loquitur de generabilibus et corruptibilibus uiuentibus. **S**ecunda conclusio. Non omne viuens habet sensum. **H**ec conclusio probatur duabus rationibus. Quarum prima est. **C**um non omne viuens habet corpus redactum ad mediam proportionem qualitatum ut plante: ergo non omne viuens habet sensum tactus qui requirit organum tale dispositum: et per consequens non omne viuens habet sensum: quia ubi non est sensus tactus: ibi nullus est sensus. **S**ecunda ratio. Sensus immutatur spiritualiter a sensibili: Sed plante solum immutantur immutatione reali: ergo plante non habent sensum: sed plante sunt corpora uiuentia. ergo et cetera. **C**ontra hanc conclusionem sic arguitur. **P**lante sunt creature sensibiles: ergo uidetur quod sunt animalia: et per consequens quod habeat sensum: patet seque la. Cuiusque competit differentia: eidem competit illud: cuius est differentia: sicut cui competit rationale eidem competit homo. **D**icendum quod sensibile potest accipi dupliciter. Uno modo passive: et illo modo plante sunt sensibiles: id est apte nate sentiri. sed ut sic sensibile non est differentia animalis. Alio modo accipitur active pro eo quod aptum natum est sentire: et isto modo plante non sunt sensibiles. **C**um igitur sensibile isto modo sit differentia animalis: sequitur quod plante non sunt animalia. **T**ertia conclusio. **N**ecessesse est quod omnia animalia habeant sensum. **H**anc conclusionem probat phylosophus specialiter de animalibus progressiuis. **C**um si animalia progressiua non haberent sensum: sequeretur quod non possent consequi finem ad quem natura ea ordinauit. Et per consequens essent frustra. **C**onsequens est falsum. cum natura non agat frustra: quia agit propter finem. **P**robatio sequele. quia corpus animalis progressiui est organizatum et dispositum propter motum: ut uidelicet per motum ulterius alimentum consequatur: per quod conseruetur in esse: sed hoc non posset fieri si non haberet sensum: quia non discerneret corruptiua que posset eis obuiare: et sic corrumpere. et per consequens non pergerent animalia ad finem ad quem natura ipsa ordinauit. **S**ecundo probat eandem conclusionem communiter de omnibus animalibus. **C**um necesse est quod omnia animalia habeant sensum tactus: si debeant saluari: ergo necesse est quod habeant sensum. **P**robatio antecedentis. quia corpora animalium possunt immutari a qualitatibus tangibilibus usque ad suam corruptionem: ergo necesse est quod habeant sensum tactus ad discernendum conuenientia corruptiuis. **E**t quo inferitur secundum phylosophum quod necesse est quod omnia animalia habeant gustum cum gustus sit quidam tactus. **S**ed contra hanc conclusionem arguitur sic. **A**liqua sunt animalia immobilia: ergo non est necesse quod omne animal habeat sensum ad hoc quod remaneat in esse per se

De anima

entionem alimenti. **D**icendum quod illa animalia habent eis aliquid adiunctum a quo trahunt alimentum. **Q**uarta conclusio. **N**on omnia animalia habent omnes sensus necessario. **H**ec conclusio probatur tali ratione: quia animalia possunt conseruari in esse ceteris sensibus non existentibus: ergo non necessario omnia animalia habent omnes sensus. **E**t predictis inferunt phylosophus quattuor correlaria. **Q**uorum primum est quod corpus animalis non potest esse incorruptibile. **C**uius ratio est. quia corpus animalis debet esse (ut dictum est) redactum ad mediam proportionem qualitatum primarum siue qualitatum tangibilium: sed quodlibet corpus simplex habet causam qualitatem secundum superabundantiam: ut puta ignis caliditatem et aqua frigiditatem. ergo et cetera. **S**ecundum correlarium. **R**emoto sensu tactus necesse est omnia animalia mori: quiaposito sensu tactus ponitur animal: et remoto sensu tactus remouetur animal. **T**ertium correlarium quod sensus propter excellentiam sensibilem potest corrumpi. **Q**uartum correlarium est. quod alii sensus preter sensum tactus non corrumpuntur quantum ad esse animalium: sed solum quantum ad bene esse: ut satis de se manifestum est. **C**irca predicta dubitatur primo. **A**trum solum in corporibus habentibus animam vegetatiuam sit uita: **E**t arguitur quod non. **C**um corpus celeste habet animam: et tamen corpus celeste non uiuit: cum uita sit operatio anime vegetatiue: que non est in corpore celesti: aut anime sensitue: que etiam non reperitur in eo cum non sit animal: vel etiam anime intellectiue: que procul est a celo cum celum non intelligat. **P**reterea in deo summo est uita: et tamen in deo non est corpus: ergo non in corporibus habentibus animam est uita. **D**icendum quod uita potest accipi dupliciter. **U**no modo pro operatione uitali que sequitur unionem anime ad corpus per modum inhesionis. **E**t primo modo solum in corporibus habentibus animam est uita. **A**lio modo accipitur uita pro operatione alicuius mouentis seipsum: quandiu enim aliquod mouet seipsum: dicimus quod illud uiuit: et isto modo solum in corporibus habentibus animam solum est uita. **A**d primum dicendum quod celum non habet animam inherentem sibi per modum forme: sed forsitan habet animam sibi assistentem sicut motor assistit mobili capiendociam pro substantiali separata: unde non oportet quod habeat uitam. **A**d secundum dicendum quod deus dicitur uiuere secundo modo: non autem primo modo de quo est hic ad propositum. **P**ro cuius declaratione considerandum est secundum doctorem sanctum in prima parte quod quadruplex est gradus uite secundum quod quadrupliciter dicitur aliquid mouere seipsum. **C**um aliquid dicitur mouere seipsum non quantum ad formam per quam mouet: sed quantum ad executionem motus: et isto modo plante mouent seipsas et dicuntur uiuere imperfecte tantum. **S**ecundo modo aliquid mouet seipsum non solum quantum ad executionem motus: sed etiam quantum ad formam que non est ei naturaliter insita sed eam acquirit per suam operationem: sicut tamen per quem agit naturaliter habet ei inditum: et isto modo animalia mouent seipsa: et quia perfectius mouent seipsa quam plante: ideo perfectius dicuntur uiuere. **T**ertio modo aliquid mouet seipsum non solum quantum ad executionem motus: nec solum quantum ad formam que est principium motus: sed etiam quantum ad finem: uidelicet vel hunc vel illum: et isto modo homo dicitur mouere seipsum: et quia perfectius mouet se quam alia animalia: ideo perfectius dicitur uiuere. **Q**uarto modo aliquid mouet seipsum non solum quantum ad predicta tria: sed quantum ad omnia que requiruntur ad motum vel accipiens ab alio. **E**t isto modo deus dicitur mouere seipsum: quia perfectius mouet seipsum quam ce

tere creature: cum omnes creature aliquid accipiant ab alio. Ideo deus dicitur perfectissime vivere. et ut probatur secundo metaphysice est sua vita unus eternitate et trinus in unitate existens qui est benedictus in secula.

ANDEA.

Explicit brevis collecta super tres libros de anima Aristotelis secundum excellentissimum virum fratrem Dominicum de flandria ordinis predicatorum: Sacre Theologie approbatissimum professorem: et noniter castigatum. Impressum Venetijs per Magistru Petrum de quarengbis Pergomensem. Anno ab Incarnatione Domini. 1501. die. 7. Mensis Aprilis.

Registrum huius operis.

^a
Dni Thome
Aristotelis stragyrite
animam aut non.
quascūq; autem.
^b
Epilogat et colligit
dum partes translata
dum autem est q
cut tu dicis intelligentia

^c
puncta: quia non
sicut empe. dicit
indiget: quia nec
et lignum et lapis
^d
monet hoc in hac
posterius autem
obiectis diuersis
cut caput animalium

^e
similitudinem rei
prias vel passiones
totam naturam
Postq; phylosophus

^f
Postq; phylosophus
dum autem propter
conaturalia nobis
bus dictum est

^g
Sed priores
est prima
dum phantasia
quod contingeret

^b
quid aliud sibi.
rali. Et quia in
sicut contingit
malum: quod potest

ⁱ
Ostendit quid sit
at qd si habet
Explicit liber.
vna dubitatio

^{le}
sibilem: quia
aliud: si dicatur
Ex quo sequitur
forme que corrumpitur

^l
distinguantur per actus
de eis determinat
tremotum in quantum
mouentur a patiente

^m
odoratus in homine
ta in ratione locantis
habetur intentum
diante alia: ut

ⁿ
tionis et diuisionis
uentur motu locali
tere creature:

FINIS.

encima de la estación de 12^{ta}



20